
NAZIONALE
12
18 0
25
BIBLIOTECA
VITT EMANUELE


NAZIONALE
55
5 K
9
BIBLIOTECA
VITT EMANUELE
ROMA

THEOPHRASTI
SPARSÆ DE PLANTIS SENTENTIAE IN CONTINVATAM SERIEM AD PROPRIA CAPITA REVOCATAE, NOMINAQ. SECVNDVM LITERARVM ORDINEM DISPOSITA,


Per Cæsarem Odonum Philosophum, ac Medicum Bononiæ practicam Medicinæ ordinariam profitentem.


ACCESSERVNT DISPVTATIONES duæ, altera an Rheubarbarum in propria mole, & substantia exhibitum soluat, & aperiat magis, quàm ex infu sione propinatum.

Altera an in quo vis humore euacuando sit expectanda concoctio, nunc primum ab eodem authore in lucem editæ.

Ex Legato D. Laurentij de Rubeis








BONONIAE
Apud Alexandrum Benaccium.
M D L X I.

REVERENDISSIMO AC AMPLISSIMO BONARVM ARTIVM PATRONO, PETRO Donato Cæsio Narniensi Episcopo, Bononiæ moderatori prudentißimo.

CAESAR ODONVS Salutem, & Fœlicitatem.





ECREVERAM IAM dudum ego Reuerendißsime Præsul, ac patrone optime, cum plurimum me tuis officijs deuinctum sẽsissem (vt aliquod non ingrati animi erga te mei specimen haberes) annotationes nostras in Theophrastum de plantis, nec non imagines herbarum ipsas à nobis olim longo studio delineatas, nomini tuo dicatas in lucem edere; Quod meum institutum dum aliquãdo cum iuris peritorum Consultißimo Ioanne Angelo Papio tuarum laudum decãtatori indefesso communicassem; is me non modo ab hoc munere non est dehortatus, verum acutius etiam currenti (quod aiunt) mihi calcar addi

 dit,

dit,atq; ea potiſsimum ratione tibi præceteris labor hic iure optimo dicandus fuit, quod Theophraſtus hic noſter,qui olim tam conciſas,& diſperſas habebat ſententias,ut vix poſſet integra vnius plantæ hiſtoria illius à quoquam haberi niſi vniuerſum ipſius volumen euolueretur; iam noſtra opera in vnum collectus, ac omnibus modis integer redditus, ex eorum (ni fallor) numero ſit, qui non paruam ſit rei herbariæ ſtudioſis vtilitatem allaturus. Cum autē eo ſis ingenio præditus,atq; eá animi propenſione in omnium commoda affectus,ut nihil aliud vnquam,aut agere,aut cogitare videaris, quàm vt omni quo potes officio, liberalitate gregem tuæ creditum fidei, prudentiæ,& charitati foueas, & omnibus modis iuues. Cur ſub tuo patrocinio illū emittere non debebam? Atq; vtinam potuiſſem ex animi ſententia abſolutum opus hoc tibi præſtare, nec mihi Artificum eorum inopia,quibus ad ſculpendas imagines vti cogebar, nunc id exequendi facultatem abſtuliſſet, nam id tibi fortè lōgè gratius,alijs vtilius, mihi certè iucundius contigiſſet. Cæterum, ſi hæc tibi qualiacunq; ſint diſplicuiſſe nō ſenſerimus,propediem,& eadem abſolutiora, & alia nonnulla fortaſsè nō ingrata offeremus; Interim munuſculum hoc boni conſule. CHRISTVS OPT. MAX. talem te no

bis, & Christianæ Reipublicæ officiosissimũ, & beneficentissimum Patronum diu seruet incolumem, vt qualis nomine diceris, & re ipsa es PETRVS DONATVS Cælitus. Ita nobis, vt facis longo tempore adsis, & faueas. Vale Bononiæ Calen. Nouemb. M D L X I.

AD EVNDEM REVERENDISS.um

Hexastichum eiusdem

Cæsaris Odoni.

Petrusq; petra fuit, naturam tu quoq; petræ

Petrus habes; quam nos iam super ædifices

Donatus Populo es fatali munere diuûm

Cæsius es, Pallas cæsia, & ipsa fuit

Omnia cur dubitet iam non fœlicia firmo,

Munifico, Docto, Felsina recta Duce?

CANDIDO LECTORI.



MICE Lector ſi quid commodi (quod maxime intendebamus, dum hunc laborem ſuſcepimus) ſtudijs tuis ex hiſce lucubrationibus acceſsiſſe ſenſeris, id nobis futurum ſcito gratiſsimum, ſin minus conatum, atq; animum noſtrum boni conſule, propediem tibi fortaſsè vtiliora, & gratiora allaturum. Interim memento duo, quæ paſsim ſcribuntur in margine elementa h. & c. Primum quidem hiſtoriæ Theophraſti. c. vero de cauſis libros tibi indicare, notulas vero additas eorum capita fideliter etiam commonſtrare. Vale.

IOANNIS BAPTISTAE
Morelli Mantuani ad Lectorem.

Ecce Theophrasti digestam ex ordine syluam
Caesaris ingenio Candide Lector habes.
I nunc, & flores & collige sedulus herbas,
Hoc duce per certas est uia tuta notas.

SPARSAE THEOPHRASTI DE PLANTIS SENTENTIAE INCONTINVATAM SERIEM redactæ, Capitaque secundum Elementorum ordinem disposita.

PER CAESAREM ODONVM PHILOSOPHVM
ac Medicum Bononiæ, simplicia & practicam Medicinæ, ordinariam publicè profitentem.



BIETI[a] *utrinque miro ordi-* a
ne inuicem respondent rami.[b] *Cul-* b.h.1.6.
tum ea nullum patitur, sed eo dete-
rior redditur.[c] *Procera est, & lon-* c.h.1.7.
go caudice, cui cortex tunicis multi-
plex.[d] *Fissilis est.*[e] *Et una tantum* d.h.1.8. e.h.1.9.
radice constat, eaq; neruosa.[f] *Mas nodosior.*[g] *Ad lon-* f.h.1.13
gitudinem tantum apta potissimum augeri.[h] *Syluestris per* g.h.1.14 h.h.1.15
petuò uiret.[i] *Folia habet rara, eadem multifida, & quasi* i.h.1.16
serrata.[k] *Syluestris flore est bicolore, et pleno.*[l] *Ex semi-* k.h.1.21 l.h.2.2.
ne bene nascitur.[m] *Pauloante solstitium floret, flos croci* idem. 3.
colore, aliàs pulcher, fructum post Vergiliarum occa- 4.h. m.h.3.6.
sum dimittit, germinationem intermittit, terq; turget, ter-
naq; germina edit, ideoq; ter squamosa dicitur, eiusque ger
minationes conspicuæ maximè, genicula inuersus rectos
porriguntur, ramiq; conditi ex æquo spectantur.[n] *amen-* n.h.3.7.
tum habet, fructifera est, Syluestris modica radice de-
scendere uidetur, in profundum radicem non agit, ob id
accidit, ut flatu radicitus euertatur, ut Archades uo-

lunt Idæi uero abietem altius quàm robur radice descendere uolunt, uerum simpliciori meatuq; rectiori.
b 3.8.a *[a] Cui peculiare quoddã euenit cum .n. præcisa, uel aliquo pacto diminuta afflatu fuerit circa leuã partem sui caudicis (habet enim quadamtenus leuem enodem similem, ac etiam æquiparandam nauiculæ) mox circumnascitur paulo excelsitate inferius, quod quidem circumactionem, alij circũagnationẽ appellant, colore nigrum duritia ultra modum ex quo crateres Archades, conficiunt, crassitudo talis, qualem arborem esse contigerit, quo scilicet robustior uegetiorq;, uel plenior, eo crassior illud quoque peculiare ac eadem in re abieti accidit, cum enim ramis omnibus ablatis, cacumen decideris, mox emoritur, cum uero inferiora proxima læui illi parti præcideris, quod restat uiuit, & agnatio quam modo dixi, circum id fieri assolet, scilicet quia uegetius, ac uiridius est, si quidem è latere nunquam recrescit, neque ab implantigera abies assurgit.*
b.3.10.b *[b] amplius Pinosa, quam Pinus est, & Picea, ligno è neruoso, molli, leuiq;, nodisq; durioribus, quàm Pino, sed*
b.4.1.c *paucioribus. [c] In Archadia circa Crãnã uocatã loco quodã concauo, et silente a uentis, quẽ nunquam solẽ attingere aiunt, abietesq; plurimum tum longitudine tũ crassitudine cæteris præstant, non tamen pariter frequentes, neque pulchræ cernuntur, sicut etiam Pinastri, quæ locis umbrosis enascantur, quamobrẽ ad lautiora operum, ut fores, cæteraq; magnificiẽda hisce minus utũtur, sed ad nauigia*

domos

domosq; duntaxat, quippe trabes, & antennas ex his opti mas faciunt, atque etiam malos præstantissima longitudine, sed non similiter ualidas, atque ex ijs, quæ sole expositæ starent, sed ex breuitate densiores illis, robustioresq; montium cacuminibus enascitur, locisq; algentibus, sed non in excelsum, sicut etiam circa Cyllenum promontorium euenit.[a] *In Asia parte superiori Syriæ itinere a* h.4.4. a
mari quinque dierum enasci negant.[b] *Versus septemtrio-* h.4.6. b
nem nascitur, frigidumq; locum amat, in ponto non oritur.[c] *Marina nostri tractus ignotior, & maxime pro-* h.4.7. c
pria ratione locorum, terrena quidem spectatur, nascitur uero hæc supra lapides, atque fictilia caret radicibus, sed modo patellarum adhæret, cui folium carnosum oblongius, crassumq; quam quercui frequens, nec leguminũ siliquis ab simile, concauum intus, nec quicquam intra se continens color accedens ad purpuram forma tota erecta, & multicaulis, cum ambæ sint simplicior tamen abies quam quercus, ramis longis, rectis, solutisq;, cui magnitudo cubitalis, parum altior, maior tamen quam quercus.[d] *In ger-* h.4.18.d
minatione abietis cum etiam cortice turgido est mense Februario, uel martio, si quis detraxerit statim moritur hyeme diutius tolerat.[e] *ab ulcere ampliori altioriq; nihil* h.4.19.e
offenditur.[f] *cuius materies primo turgore odoratior red-* h.5.1. f
ditur, uere cæditur, tunc enim germinat quam cædi oportere cũ germinare incipit, quidam expedire conantur, quia serotinarum magis casura serior.[g] *abies a Pino differt* h.5.2. g

B ij quia

quia neruacior, atq; rigidior, ita ut utrunq; e contrario habeant neruos ualidos, carnẽ mollem et raram, qua de causa altera grauis altera leuis est altera teda referta est, altera nullã ingerit tedam, ob id ẽt albior est, ad hæc Pino rami plures abieti longe duriores, uel potius & omnium ramorum durißimi ambabus spißi, & cornu sane imitantes colore flaui, & tedæ similes, qui cum abscißi fuerint tam Pino, quàm abieti humor defluit, sed abieti largior est, præterea tunica multiplici abies modo cæpe, aßiduæ nanque tunicæ conspectæ subditam aliam gerit, atque ex his tota constat, quapropter qui ramos dolant, singulatim pleneq; auferre conantur, nam si ita auferantur ramus ualidus relinquetur, hunc enim in modum ictus illo demptio fit est etiam excelsior, atque procerior abies, ideoque antennas malosq; ex ea facere assolent, habet uenas, neruosq; omniũ nobilißimos, crescit hæc primũ in excelsum quoad libere solem accipiat, neq; ramus ullus neq; germinatio lateris, neq; craßitudo interim factitatur, post in profundũ latumq; incrementa capeßit, atq; ita ramorũ exortus et laterales germinationes sequuntur quadripartitas appellãt, quibus in utrãq; partẽ medullæ bini uenarum cursus naturæ cõtrariæ pertendunt, atque per utrunque cursum adigunt ictus cursibus contrarios inferentes, dum in utranq; partẽ medullæ securis remeat, ita enim eueniat necesse est, natura uenarũ ratione, quod ad opera uehementer probant; materiẽ enim spißißimam præstant, & ægidem gignere ictæ solent, bipartitæ

*partitæ illæ cursus uenarum tantum in utranque partem me-
dullæ gerunt, eosdemq; inuicem contrarios, habent, ut &
securis duplex adigi debeat simplex per utrunq; cursum ictu
contrario, mollem hanc materiam refert, sed in opere pes-
simam quoniam maiorem in modum peruertitur, simpli-
ces uocant, quæ unum duntaxat uenarum habeant cur-
sum. His itidem securis utraque ex parte medullæ adi-
gitur, laxiorem natura materiem hanc esse affirmant,
sed a peruersione tutissimam.[a] Syluestris rara corpore, h.5.4.a
tectisq; idonea.[b] a teredine minusquam Pinus corrodi po- h.5.5.b
test amara enim tradunt etiam abietis, cum germinat decor
ticatam materiem aquis in offensam durare nimirum posse:
patuit id apud phenum Archadiæ cum obstrusis fauci-
bus campus in lacum redundauit, tum enim ductis ponti-
bus ex abiete, cum amplius extumesceret aqua, aliis super
aliis fabricatis, postquam extrusis obturamentis unda eru-
pit discessitq;, uniuersa materies incorrupta comperta, sed
forte hoc casuque innotuit.[c] cuius nodus difficillimus con- h.5.6.c
stat, habet medullam conspectam, eius namque orbiculo-
rum compositio corticea inspectatur.[d] materiei eius uniuer- h.5.7.d
sæ, pars durissima neruus rarissima medulla est,[e] constat h.5.8.e
aptissimam esse nauibus, triremes enim atque longa uaui-
gia ex ea leuitatis gratia faciunt, ad plurima pene usum
præstat, quippe quæ ad tabellas etiam pictorias accomo-
dari possit, ædificijs optima, quæ uetustissima, modo im-
munis carie sit, operibus enim omnibus ædificatorijs, ut ita
dixerim*

dixerim, aptissima est, sed nauibus propter flexum humi dior capiatur necesse est, nam ad conglutinationem siccior aptior est, domibus & nauibus plerisque alijs accommoda
h.5.9. a tissima est: pluraq; abies expedit quàm Pinus. [a] in latino abies agro, tum magnitudine, tum pulchritudine inter omnes Italicas præstat; tamen ad earum rationem; quas Corsica gignit; pro nullo certe habetur, montuosa abietem ferunt.
h.9.1. b [b] humor eius in lachrymæ modum gignitur.
h.9.2. c [c] in abiete cum lignis degustatis uulnus intulerint, humor
c.1.2. d copiosior confluit. [d] ex abietum uirgis tenerrimis uiui radices efficere non potest quis, neque adultas transferre.
1.26. e [e] coloris plurimum sortitur, eo quòd in locis algentibus ua
2.9. f leat perdurare. [f] opacis locis gaudet. [g] breuem non habet ui
2.16. g
2.23. h tam, quia directa erectaq;. [h] in abiete hyphear, & stelis
2.24. i nascuntur. [i] in abiete nascentia ualidiora esse consentaneũ
5.24. k est, plus enim alimenti, & pinguius subministrat. [k] detracta medulla uiuere amplius non potest.

h.1.15. l ABROTANVM [l] ex suffruticum genere per
h.6.1. m petuo uiret. [m] inter surculosa urbana, & coronaria
h.6.7. n herba est. [n] radice potius et auulsione, quàm semine, ut ferè
h.6.7. o omnes aliæ plantæ, germinat. [o] semine quoque abundat, nec sine odore est, sed id radices rectas, altasq; agit, estq; ueluti unistrips, crassa scilicet illa radice reliquis uerò de eo exeuntibus spargitur, quod non serpyllo, nec samsuco,
c.1.4. p nec sysimbrio, nec Helenio datum est. [p] Item lignosum est, uerum spissitate, acoreq; suo seruari aliquantulum tempo-

ris

ris potest, modo Hederæ.[a] mirandum profectò appareat, c.4.3. a
cum enim calidum sit loca aprica prosequitur.[b] ex corona- c.6.22. b
riorum numero acrem reddit odorem.[c] in eo, cùm agreste c.6.24. c
sit, acredo, atq; synceritas tedio admodum est.

ABSYNTHIUM[d], succò amaro est.[e] loca al h.1.19. d
gentia quærit.[f] quãuis amarũ, et male olens utile pla h.4.6. e
nè sentitur.[g] Ponti absynthiò pecora pascentia pinguiora, h.7.9. f
et pulchriora redduntur, alibi uesci negant.[h] cultu effemina h.9.18. g
tur, et hebetatur, infirmioribusq; fit uiribus, & aquosius c.3.1. h
redditur.[i] saporem habet amarum a natura ingenitum. c.6.4. i

ACANUS[k] inter arbores non numeratur at in ge h.1.16. k
nere materiæ humilis & spinosus est, et ei loco folij
spina oritur,[l] folijs uerò constat aculeatis.[m] et caput ma- h.6.1. l
gnum habet uermilagini simile. 9.13. m

ACANACEUM[n] genus est magna ex par h.6.3. n
te illorum, quæ folio constant aculeato.

ACARNA[o] folia nõ habet aculeata.[p] et aspectu h.6.3. o
eneco urbano similis ẽ, colore flauicãs. succo pinguis. h.6.4. p

ACARNICA[q] rigua Ederæ genus est. h.3.18. q

ACER[r] & in monte, & in plano nascitur, quam in h.3.4. r
mõte Caprinum, in plano gallicam uocant. quanquã.
alij aliter distingunt, & genus diuersum Aceris & Ca-
prini faciunt.[s] uerum eam non florere Macedoniæ inco- h.3.6. s
læ arbitrantur.[t] & æstate semen reddit.[u] auctuq; facilli- h.3.6. t
ma est.[x] & superfficie aliquatenus gaudet.[y] cuius genera a- h.3.7. u h.3.7. x
lij bina (ut retulimus) alij terna statuunt, unum, quod h.3.11. y

commune.

communi generis nomine acerem uocant, ſecundum Caprinum, tertium Lectirotariam: uidelicet, ut Stagiritæ diſtinguere ſolent; Caprinus uero ab Acere diſtat, quòd aceri candida, atque neruata materia, Caprino autem flaua criſpaq; ampla ambabus, platano infindendo ſimilis, uenis enim in longum fluctuat, ſed gracilior, macilentior, mollior, longior. omnia eius fiſſa in acutum compreſſa abſcinduntur. Hæc ita ſemi fiſſa, ſed ſummum potius præfiſſa multineruia minus ſunt, quàm pro ſua magnitudine eſſe debeant. cortice paulo Scabriori, quàm tilia ueſtitur, ſub liuido, craſſo ſpiſsioriq; picea, inflectiq; contumaci. Radices paucas, & ſublimes, criſpaſque ferè magna ex parte tam flaua, quàm candida gerit, Riguis potiſsimò naſcitur, ut Idei uolunt, inuentuque rara; de flore naſci aiunt fructum haud ualde oblongum, & paliuro ſimilem: uerum oblongiorem aſsignant. At uerò olympi incolæ Caprinum montanum potius eſſe uolunt. Acerem planis etiam naſci, atque naſcentem in monte flauam gratè coloratam, criſpam, & ſolidam eſſe, qua ad opera lautiora utuntur; campeſtrem uero candidam, rariorem corpore, minusque criſpam, quàm nonnulli gallicam, non acerem uocant; mariſque materiem criſpiorem eſſe atque contor-
h.5.1. a *tam & planis eam potius naſci, germinareque maturius.* [a] *cæditur uerò aliquando poſt meſſem, aliquando poſt*
h.5.4. b *uindemiam & arcturum.* [b] *& inter ſpiſſas arbores nume-*
h.5.8 c *ratur.* [c] *nec non lectis, iugiſque iumentorum, atque in to-*

tum

tum operum sumptuosioribus caeditur.

[a] Aconitum nascitur in Creta, zacyntho, sed plurimum, optimumq; in Heraclia pontica constat id folio in tubaceo, radice tum specie, tũ colore nuci proxima: uim illam mortiferam in hanc esse; folium et fructũ nihil nocere affirmant fructus herbae est, non humilis materiae: herba ea breuis est; et nihil superuacui habẽs, sed frumẽto similis, semẽ nõ spiceũ, nascitur ubiq;, et nõ in Aconis solum, à quibus habet appellationem: is autem uicus est Periandinorum: amat autem loca potissimum saxosa, pascitur ea neq; pecus, neq; ullum animal, confici ad afficiendum modo quodam enarrant, nec nosse quemq;, quamobrem medicos quoniam componere nesciant pro putrefactorio uti, aliisq; quibusdam de causis epotum nihil penitus posse afficere, neq; ex uino, neq; ex mulso; componi autem ita ferunt, ut certis occidere temporibus possit, uidelicet, bimẽstri, trimestri, semestri, anno completo, nonnullum etiam biennio, pessimè illos de uita discedere uolunt, qui plurimum temporis resistere possint; paulatim enim tabescat corpus, & langore pereat diuturno esse necesse; facillimè illos, qui confestim obeunt, remedium nusquam esse compertum, sed falsò dici quoddam aliud resistens illi haberi; non enim herba, sed melle, & mero, & quibusdam eiusmodi seruari aliquos potuisse, atq; id rarò factum, summaq; difficultate, sed inutile est iis, qui praepara- a h 9. 16.

re ignorent, nec licitum posſidere, ſed capitalem pœnam inſtitutam: Temporis differentiam pro collectus ratione ſequi autumant, mortes collectuum temporibus compares euenire.

a. h.1.16. *[a] Acorna inter arbores non eſt, ſed in genere materiæ humilis, & ſpinoſæ, habet enim ſpinas omnino pro folijs, ueluti Acanus.*

b. h.1.15. *[b] Acuta ſpina ex ſylueſtribus ſemper uiret.[c] & in*
c. h.3.4. *monte, & in plano naſcitur[d] & in eunte uere ger-*
d. h.3.6. *minat.*

e. h.7.13. *[e] Adiantum id eſt capilli ueneris folium in aqua nunquam madeſcit, nec quicquam ad hæſiſſe humoris conſtat, unde & nomen herba accepit; cuius genera duo ſunt, candidum, atq; nigrum, ambo ad defluum capillum utilia, oleo trita naſcuntur maximê locis humidis.*

f. h.6.4. *[f] Aeraria natura ſpinoſa eſt, & non aculeatis folijs conſtat.*

g. h.3.10. *[g] Aeſculus genus quercus eſt, quæ glandem amaram producit.*

h. h.1.7. *[h] Albucus ancipi, ut Scylla, & Palma, uitam agit,*
i. h.6.2. *& naſcitur propè mare[i] caulem habet ſimilem ferulæ*
k. h.7.12. *[k] folium prælongum, anguſtum, lentumq; leuiter[l] Ver-*
l. h.7.12. *mis in eo gignitur, qui in aliud animal uolatile, floridumq; transfiguratur, quod cum herba florere incipit, eroſo ſtatim operculo euolat, peculiare is præcæteris*

leuibus

leuibus cauliū generibus sortiri uidetur, quoniā cum angusto corpore sit, in ramulos superne spargatur: per multa ad cibum affert utilia, quippe albucum tostum in cinere manditur, & semen torrefactum usui est, sed radix tusa cum ficu in usu maximè omnium uenit, & utilitatis plurimum autore Hesiodo præbet: & cū capitum sit radice, uiuacius maiorem in modum sentitur.

[a] *Alga per multa habet folia similia gladiolo, phleo, & butomo* [b] *cuius plura sunt genera; quoddam enim genus folio lato, colore herbido est, quod porrum quidam appellant, alii cingulum, radice hirta, extrinsecus squamata, intrinsecus longa admodum, crassaq; plane cepigethys non absimilis. Aliud folio crinito, terræ ipsi adhærens, sæpeq; à mari tantum alluitur. Alterum altius degit, nascitur quidem in mari extero circa Herculis columnas, mira magnitudine, latitudineq; (ut ferunt amplius) quàm ut manu apprehendi possit; fertur hoc ad mare internum fluxu extrinsecus, porrumq; id appellant, anniuum esse aiunt, & nasci uere desinente, uigere æstate, minui autumno, interire, atq; decidere hyeme: quin & reliqua omnia nascentia deteriora, obscurioraq; hyeme fieri, hæc itaq; ceu terrena circa mare deprehenduntur: Alga uerò proueniens in alto, quam Spongiarii pelagicam deferunt, in Creta insula iuxta terram, super saxa,*

a. h.4.12.
b. h.4.7.

plurima, optimaq; prouenit, quæ non solum uittas, sed etiam lanas, uestesq; inficiunt, & quandiu recens in fectio sit, color longè purpuram præstat: gignitur parte aquilonia tum copiosius, tum melius, ut etiam spongiæ, reliqua simlia: sunt alia graminibus proxima quippe folio simili, radice geniculata, longa, oblique adhærente, modo graminis & caule calamaceo, ut gramen, magnitudine alga multo minora. Est aliud bryum dictum folio totonis herbidi, amplo, nec lactucis dissimile, rugosiori tamen, & ueluti contracto, caret caule, sed ab uno initio plura folia huiusmodi exeunt, & rursus ab alio: nascitur super lapides, fictiliaq; iuxta terram, & minore quidem hæc fermè traduntur.

a. h.1.16 [a] *Alium inter olera numeratur, cuius folia illico radice exeunt, sicut etiam maiore ex parte aliis oleri-*
b. h.7.1. *bus contingit, ut cæpæ, intubo erratico, & aliis* [b] *ue-*
c. h.7.2. *rum unicaule est.* [c] *& radice seritur, & facilè reger-*
d. h.7.4. *minat, ut etiam cæpa.* [d] *seritur autem ante solstitia, aut paulò post solstitia nucleatim diuisum. Discrimen eorum, quod aliud præcox; aliud serotinum, est enim genus quoddam eiusmodi, ut sexaginta diebus perfici possit, differunt præterea magnitudine singulari. Cyprum uocatum maximè tale est, quod non decoquũt, sed in myttotis utuntur, mirum quàm spuma increscat. Quin & illud differentiam facit. quòd quædam non nucleis coaugumentatur: dulcedo autem, & odor,*

&

& crassitudo, corumq; causa, tempore, cultuq; pene uidentur contingere, ut etiam aliorum perfici etiam semine potest, sed tarde, primo etenim anno caput accipit porri, sequenti discerni in nucleos incipit, tertio redditur perfectum, necquicquam deterius, sed etiam quidam uel deposito melius id existimant: Radicis autem allij, aut cæpæ, aut similis ortus fieri solet: [a] allij nanq; cum extumuerit, tota intorquetur, & hinc aucta in nucleos rursus discernitur, atq; ex una plura efficiuntur, dum caput consumatur. At cæpæ aliud atq; aliud continuo ab radice obducit, ut & bulbus, & scilla, & eiusmodi omnia: etenim allia, & cæpæ si non euellantur, plura indies fiunt. [b] Viperæ uero cum aliũ comederunt, ruta sibi ipsis medentur. Sapor enim in allij radice inest peracris. a. Idem. de c. 1. 4. b c. 6. 4

[c] Alnus uitam ancipitem agit, & communem, ut non solum iuxta flumina, sed etiam alibi nascatur. [d] na scitur & in plano. [e] & tum sterilis, tum fructifera so rescit. [f] & post fauonium germinare incipit. [g] & licet sterilis, & unigena sit natura, corpore recto, ligno molli, medullaq; molli, ut uirgæ graciliores totæ concauentur, folio piri, nisi quod ampliori, neruosioriq;, cortice scabro, ruffoq; intus, qua de causa coria tingit, radice summa, nec maiore quam laurus. [h] nascitur in aquosis, alio loco nullo pacto. c. h. 1. 7. d. h. 3. 4. e. h. 3. 4. f. h. 3. 6. g. h. 3. 14 h. sic etiam h. 4. 9.

[i] Amarago non dissimilis Aphacæ est, & uere i. h. 7. 11.

florere

florere incipit; nec secus hyeme tota, uereq́; toto perse uerat, gustu amara est, unde & nomen accepit.

a. h. 1.6. [a] *Amerina cultura longè maiori magnitudine redditur quàm malua, & beta, & proculdubio arbor efficitur, cum frutex sit.*
b. h.1.21. [b] *uerum super fructum ipsum, florem insidentem emittit cæterum uirgas paruas sicut cornus fœmina, suo latere profert, & fructificosior est, nodos tum geminatos, tum inuicem congruos habet.*

c. h.9.5. [c] *Amomum et Cinamomũ, Cinamomũ sicut et Cassia fruticẽ habet nõ ampliũ, sed magnitudine amerinæ, uerũ permultis surculosisq; ramis cõstat, & ipsũm decerptũ inquinas partes discerni, ei esse præcipuæ bonitatis, quod germinibus proximũ fuerit, idq; ad palmi lõgitudinem cædi, aut paulo maius: Secundum quod sequitur, quid etiã minus Casura est; Tertium deinde, & Quartum notatur; Vltimum uerò quod deterrimum, proximumq́; radice; hoc enim minimum corticis habet, in quo summa gratia est, non in ligno: qua de causa proferri cacumina solent, quòd corticis plurimum habeant. Quidam sic aiunt: Alij uerò Cinnamomum fruticosum narrant, eiusq́; genera duo, alterum nigrũ, alterum candidum. fertur & fabula quædam. connuallibus enim exire id aiunt, in ijsq́; serpentes plurimos conuersari morsum hominibus mortiferum inferentes, aduersus quos incolas septis manibus, pedibusq́; descẽdere,*

dere, atq; ita legere Cinnamomum, quod cum depor taucrint, toto in ternas partes diuiso, quodq; ad solem sorte illi cesserit, id solum relinquere, abeuntesq; fragrans sponte illud confestim cernere. Sed hoc planè fabula est. [a] *ex Arabia deportatur, & ad unguenta idoneum.* [b] *Amomum alij ex Media, alij ex India cum nardo & reliquis omnibus, aut plurimis aduehi narrant.* a. h.9.7. b. h.9.7.

[c] *Amigdala quamuis prius germinet, & prae maturius, tamen non ante caeteras folia dimittit.* [d] *& ei semen protinus post tegmen ambiens subest.* [e] *sed non nudum, uerum ligno obductum.* [f] *cuius succi pingues sunt, ut etiam pini nucis, & aliorum.* [g] *flores foliati sunt.* [h] *& fructum ex surculis annotinis habet.* [i] *Sata quoq; exurgere potest.* [k] *& cultu mutatur, si quis paxillū adigat, lacbrymamq; defluentem diutius auferat, reliquumq; cultum impendat.* [l] *& serere longè distantius praecipiunt.* [m] *fructuum uerò copiosius dari affirmant, si caudice palo ferreo infixo, cum penetratum sit, alium quernum foramini facto adigunt, terraq; occultant, quod punire nonnulli uocitant, perinde ac si arbor iniuria lasciuiret: Eam* [a] *ex amara dulcem effici uolunt, si quis caudice circumfosso, praeterfortatoq; mensura dodrantali undiq; lacbrymam effluentem in idem defluere sinat; sed hoc tam ad fructificandum, quam ad bene fructificandum conferre creditum* c. h.1.15. d. h.1.18. e. idem.18 f. h.1.19. g. h.1.21 h. h.1.23. i. h.11.1. k. h.2.3. l. h.2.7. m. h.2.8. a. Idē ferè dicit in l.de c.1.21.& 2.9. c.3. 14. v.23.

a. h.2 9. *est.*[a] *fructum autem amittere potest, antequam co-*
b. h.4.17. *quat.*[b] *& licet sint arbores, quæ infestantur, amigda-*
c. h.5.10. *la penitus sine noxa extitit.*[c] *Cinerem eius, lixiuiumq;*
d. h.7.12 *acrem præcipuè sentimus.*[d] *& inter arbores potissimũ*
e. h.9.1. *uel sola ante folia flores emittit, uel unà cum folijs.*[e] *hu-*
mor autem ei in lachrymæ modum gignitur, fert enim
gummam, uerum non ex cortice, sed in uase; eam uerò
f. c.1.3. *nullus extrhait, nulla enim in re utilis esse potest.*[f] *in ra*
mis eius grãdibus humiditas magna; ut in oleo, & hac
g. c.1.9. *de causa non facilè exiccantur.*[g] *& deterior exurgit se*
h. c.1.10. *mine, quàm quæ sata.*[h] *Sed quoniam uiribus ualet, ali*
i. c.1.15. *mentoq; abundat, facilè germinat.*[i] *& cum suapte na*
tura facile affici possit, propensior est ad supergermi
nandum, nisi quid siccitatis causa nequeat, aut nisi fru
ctus decerptio proximior sit, quam ut tempus germina
re germina ualeat. Igitur si autumnus prolixior fuerit,
rosas quoq; erumpere posse, & alia generis eiusdem ra
k. c.1.16. *tio est.*[k] *fructus uerò cum flore peruenit, eumq; amig-*
l. c.1.25. *dala diu retinet.*[l] *& cum ualida sit, facilè suo robore*
m. c.2.11 *telluris alimentum attrahere potest.*[m] *amittit autem*
suos fructus maximè antequàm maturauerit; hoc uerò
accidit, aut alicuius interclusi humoris causa, aut quòd
nexu infirmo fructus dependeat, qui mole grandiuscu
la est, ut Amigdalæ, & pira, nam quodlibet hume
facere, atq; debilitare eos facile potest, tum etiam fla
tus interdum uehementes inuadunt, ut nihil resistere ua-

leant:

leant: humor autem iacturæ causa etiam est, nam piri atq; amigdalæ, etiam si non pluat, dummodo aer austrinus, nubilusq; sit, amittunt & flores & primos fructus, si continuo post quàm defloruere, illud acciderit, sed horum, cæterorumq; similium ratio in nexu, moleq; est: [a] *uerum cum sit ex generibus, quæ cum ubere fructificent, longo tempore durat, nec cito senescit, & in grandiori ætate fœcundior redditur, ut etiam pirus, & quercus, uiribus enim detractis, alimenti quoq; nimia ubertas detrahitur, atq; ita reliquum pabulum percoqui, dispensariq; potest.* [b] *& quem admodum diximus amigd. diminutione dulcem ex amara reddi, sic etiam neglecta ex dulci redditur amara.* [c] *solum autem gracile ei commodum est, quoniam si altum sit, atq; pingue, nimia pabuli ubertate lasciuiens, sterilitate afficitur.* [d] *igitur huic gracile serenum atq; apricum lõgè commodius est.* [e] *stercoratione modica ex amaris dulces afficiuntur.* [f] *damnosæ uerò sunt aliis, quoniam uires solidas, & radices habeant nomerosa, sunt tamen, qui inter uites serendam, censeant, tanquam innoxias, & cibo mediocri contentas, & simul quod maturè fructificent, nec latè adumbrent, minime graues. Sed hi non rectè existimant, umbra enim, & sera fecacitas non tam infestant, quàm uires radicum, rapiũt enim alimentum amplo discursu, implexuq; enecant.* [g] *Si uerò eas mutes ex amaris transeunt in dulces, &*

a. c.2.16.
b. c.2.20.
c. c.2.22.
d. c.3.7.
e. d.3.12
f. c.3.15.
g. c.3.23.

triennio post immutantur, etiam dum fructus pariunt, neq; rigandæ, neq; stercorandæ, neq; purgandæ, præterquàm aridis, neq; ulla cura tractandæ, ne plus æquo ualidiores redditæ, fructum in flore amittant, quamobrem agrum minus frugalem quærere assolent, & si post hæc fructus parere non possint, radices refossas, respoliatasq; hybernis frigoribus tradunt, & reliqua puniendi genera, quæ retulimus. [a] *semina item illarum minus perdurant.* [b] *& mollia, carnosaq; sunt* [c] *& adeò in arbore multi sunt fructus, ut folia cerni non possint.* [d] *Dimutilatione uerò ipsa amigdala redditur amara.*

a c. 4. 2.
b. c. 5. 25.
c. c. 5. 4.
d. c. 5. 24

e. h. 7. 9. [e] *Anchusa ab radice tantum foliata est, radicesq; habens rubicundas.*

f. h. 7. 7. [f] *Andryala inter olera est.*

g. h. 1. 18.
h. h. 7. 3.
i. h. 7. 1.
k. h. 7. 3.
l. h. 7. 4.
m. h. 1. 19.

[g] *Anetum inter olera.* [h] *& nudo semine est.* [i] *& seritur in principio hyberni post æstiuum solstitium mense Iulio.* [k] *cuius radices lignosæ sunt.* [l] *& plura sunt eius genera.* [m] *humor uerò suauem olentiā præstat*

n. h. 3. 12. [n] *Anthedon Mespili species.*

o. h. 7. 13. [o] *Anthemum hoc habet peculiare, cum cæteris omnibus proprium sit ab ima sui parte deflorere incipere, id à summo incipit florere, candidus flos circundat, medium uiridis tenet, & semini color idem: decidit id uti & spinosorum conceptaculo inani relicto: genera eius plura.*

Apharca

[a] *Apharca ex syluestribus arboribus perpetuo ui* a. h. 1. 15.
ret. [b] *& in montibus propriè nascitur, in planis uerò ne* b. h. 3. 4.
quit. [c] *cum urbanis germinare incipit.* [d] *fructum pri-* c. h. 3. 4.
mum cum uua dulcescit maturat, posteriorem, cum flo d. h. 3. 6.
ret, bis enim fructifera hyeme ineunte uidetur. [e] *uallis* e. h. 5. 8.
expetitur, & ad urendum commoda est.

[f] *Aphaca genus olerum est,* [g] *germinat cum pri-* f. h. 7. 7. g. h. 7. 8.
mis imbribus post æquinoctium. [h] *est autem ingusta-* h. h. 7. 9.
bilis & amara, festinanter floret, sed celeriter flos se-
nescit, atq; lanugine pappo dicta marcescit: [i] *tũ alius* i. h. 7. 10.
iterum prouenit, atq; iterum alius idq; tota hyeme, ue-
req; toto usq; ad æstatem factitatur, flos melini spe-
ciem gerit.

[k] *Aphaca legumen siliquas seminum leuiter latas* k. h. 8. 5.
habet ueluti lentis. [l] *& celeriter perit.* l. h. 8. 10.

[m] *Apium biennio durat, & cum semen parit, tunc* m. h. 1. 4.
caulem emittit. [n] *radice coheret singulari, ut maior* n. h. 1. 9.
pars fere olerum, sed propagines magnas non subge
rit, & pro corporis sui ratione altius quàm arbores ra-
dicatur. [o] *cuius cacumen amissis reliquis perpetuo ui-* o. h. 1. 152
ret. [p] *& iam folijs perfectis caulis conuenienter assur* p. h. 1. 6.
git, ut lactucæ ocymi. [q] *succus uero suauem olentiam* q. h. 1. 18.
præstat. [r] *mutatur autem culturæ causa, nam si satũ* r. h. 2. 5.
conculcetur cylindroq; spissetur, coæqueturq; crispum idem. c. 5. 6.
inquiunt prouenire. [s] *nascitur difficilime, quadragesi-* s. h. 7. 1.
mo enim die affirmant, alij quinquagesimo. [t] *at ex* idem c. 4. 3. t. h. 7. 1.

a. h.7.2. uetere ſemine celerius. [a] radix uerò non capitata diuturnior germinare cernitur, mittit .n. radices, quibus
b. h.7.2. folia caulesq; proueniunt. [b] eſt autem uni ſtirps, & ra-
c. h.7.3 d. h.7.3. dix agitur in profundum. [c] & carnoſa eſt. [d] quamobrē
item c.5.6. cum transfertur, palum tantum adigere, quantum apiū facere uolueris iubent, nec non & ſemen eius colligatum in laciniis palo adacto, & fimo, terraq; ingeſta
e. h.7.5. ſerendum cenſent. [e] translatumq; melius, gradiusq; fit.
f. c.5.6. [f] apium uerò radice tenus circumfodiente, cachrylio plenè obducunt, ratio quòd totum alimentum radices abſumunt, nec ad germina quicquā tranſmittunt, quòd
g. c.6.16. ſi diuidatur, plus incrementi ſequatur neceſſe eſt. [g] radices dulces ſunt, & caules plurimi dulces, ac cibo aptiſsimi ſunt, folia minime, cauſa eſt; quoniam cum in paludibus fluuijs naſcantur, ſuperiora humidiora ſunt, radix uerò & caules quia minus habent humoris dulcedinem aliquam habent, uel è contrario, quia ſuperiora nimium ſicca; ſapor autem neq; in ſiccitate,
h. c.6.22. neq; in humiditate nimia conſiſtere poteſt. [h] odor uerò in eo eſt propter ſiccitatem, acritatem, & acerbitatem, & eius plura ſunt genera. [i] & Differunt inter
i. h.7.4. ſe cum folijs, tum caulibus, aliud enim folio ſpiſſo, criſpo, denſoq;, aliud rariori, latioriq;, cauleq; maiori. Horum iterum aliud candidi caulis, aliud purpurei, aut uerſicoloris, uerùm ad ſummam eiuſmodi omne syluestri proximum eſt.

Aquiſo-

[a] *Aquifolia perpetuo uiret.* [b] *& in montibus na scitur.* a. h.3.4. a. h.1.15 b. h.3.4.

[c] *Arachidna fructum sub terram parit, ut Morus Aegyptia.* [d] *radices similes habet Araco, nec folia gerit uide aracum.* c. h.1.1. d. h.1.9.

[e] *Aracum radices similes habet Arachidnae, pars ipsa carnosa radicem simplicem, crassam altius infigendam mittit caeteras uerò, quibus insidet fructus, tenues, ac summo cespite cohaerentes agit, loca arenosa potissimum amat folia non gerit, neq; foliis quicquã simile sed quasi binorum fructuum partibus inter se oppositis foecunda potius extat, quod mirũ profecto est.* e. h.1.11.

[f] *Aracus res scabra & dura in lente nascitur.* f. h.8.10.

[g] *Arborem, quod ab radice, caudice simplici, ramosum, nodosum, surculosum aut facile dissolubile assurgat. ceu olea, ficus, uitis.* g. h.1.6.

[h] *Arbores ex quibus uestes conficiunt, folium moro simile habent, corpore autem toto rosis caninis proxime cernuntur, seruntur ordinatim quapropter è longinquo aspicienti uites apparent.* [i] *sunt & in Tylo Insula arbores lanigerae multae, & folia uitigena gerunt, uerum minora fructum nullum; id in quo lana continetur mali amplitudine cerni uerum nascens compressum, cum tempestiuae maturitatis sit, aperiri, & lanã excipi; qua telas texunt, alia uiles, alias preciosas, hoc idem & in India & Arabia fieri asseuerant.* h. h.4.5. i. h.4.9.

Arbuto

a. h.1.8. [a] *Arbuto cortex cadit ut portulacæ, & unedoni.*
b. h.1.15 [b] *eidem folia perpetuo uirent.* [c] *quæ pomum cibo ido-*
c. h.3.16 *neum ferat magnitudine non nimium præstat. Corti-*
cem tenuem Tamarici similem habet, folium inter elicẽ
& laurum, floret mense Iulio, flores singulari appen-
dice, parte postrema racemati cohærent, specie quisq;
mirto oblongo similis, & magnitudine tantus non fo-
liatus concauus tanquam ouum exculptum ore aperto,
cum autem defloruerit retinaculum perforatur quodq;
defloruerit tenue sicut uerticillis circa fusum uel car-
nius doricus extare apparet fructus anno integro ma-
turescit ut simul hunc haberi & alterum flore sfonde-
ri contingat.

d. h.5.10 [d] *Arbuti spissisima materies cum sit ut ariæ, &*
roboris carbones optimos facit & solidissimos, & alijs
diuturniores, & idcirco qui metalla argentea deco-
quunt in prima decoctione his utuntur.

e. h.4.8. [e] *Aria similis ex toto est lauro marinæ.* [f] *& ali-*
f. h.5.1. *quando post mensem, aliquando post uindemiam, &*
g. h.5.4. *arcturum germinat.* [g] *materies uero huius durissima est,*
ut roboris, & Carpini, antequam enim terebrent,
h. h.5.5. *eam, madefaciunt, quo scilicet molliorem reddant.* [h] *&*
i. h.5.6. *natura perpetua est.* [i] *in opere autem difficillima, ut*
pote quæ dura, nodosa, crispa, conuolutionibusq; per
k. h.5.10 *plexa sit.* [k] *carbones optimos eius spissisima materies*
facit, ut etiam arbutus, uide supra.

Arus

[a] *Arus pro corporis sui ratione altius quàm arbores radicatur.* [b] *cuius radix carnosa est, ut betæ, & multo magis.* [c] *(Radices rustici alunt antequam germen ædere inceperint, redduntq; ampliores, dum germinandi impetum cobibent; & cætera.) Quamobrem dubitarunt nonnulli, an inter radices poni debeat. hoc idem, & de gladiolo, etenim, quod subter telluri cohæret, radix esse appareat, quod uerò cæteris è diuerso promitur, nihil obtinere radicis dixeris.* [d] *cæterum radice seritur, quæ diuturna est, & annicaulia consistit, & suo latere germinat.* [e] *æqualis, mollis, fungosaq; toto corpore est, & quasi corticis omnis exors.* [f] *folium cum latitudine cauum, atq; cucumeraceum habet.* a. h. 1. 9. b. h. 1. 10. c. uideil. primū c. 8. et uide. 7. 9. d. h. 7. 2. e. h. 7. 9. f. h. 7. 12.

[g] *Arundo corticem habet macilentum, & neruosum, simplicem, ac geniculatum.* [h] *cui nulla est medulla.* [i] *radices geniculatas habet.* [k] *& grandes, & carnosas.* [l] *ei nodi ferè sunt undiq; pares, uel grandiores, quod crassiori adiacet parti, idq; pro ratione, geniculum enim ueluti nodus est.* [m] *folijs angularibus constat, medium ueluti carinam habet, unde & cæteris meatus medius amplius porrigitur.* [n] *pediculi ex neruo tantum constare uidentur.* [o] *fluuios, & loca aquosa amat.* [p] *arundinis duo genera tradunt, Tibialem, & reliquam; quippe unum genus reliquæ deprahendi, sed inter se inuicem firmitate, crassitate, tenuitate, exilitateq;* g. h. 1. 8. h. h. 1. 9. i. h. 1. 10. k. h. 1. 10. l. h. 1. 13. m. h. 1. 15 n. h. 1. 17. o. h. 4. 9. p. h. 4. 12

teq́; crassam, & ualidam uallatoriam uocant, alteram autem texilem. nasci texilem super insulas fluitantes, uallatoriam in Comythibus, comythes uocant, ubi acervata arundo, implexaq́; mutuo radicum raptu fit, quod fit locis stagnorum, ubi tellus pinguis, lætaq́; est. nonnunquam etiam ubi tibialis, uallatoriam gigni, longiorem quidem, quàm reliqua uallatoria, sed uermibus erodendam, huius differentias eis tradunt. Tibialium quidam nono anno prouenire nonnulli uolunt; huuc quoq; ordinem generandi statuunt, quod error est; in totum enim aucto lacu enascitur, sed quoniam id superiori tempore nono anno potissimum euenire uideretur, ortũ quoq; arundinis talem esse credidere, euentum fortuitum pro ordine certo capientes. gignitur uerò copiosior, meliorq́;, cum post imbres frequentes biennio cum minimum aqua permansit, quod maximè posteriori tempore factum meminere, cum infaustum illud Cheroniæ accidit quippe ante hoc annis pluribus lacum altitudinem extendisse, post, ubi uehemens pestis inuasit impletum quidem affirmant: Sed cum inundatio non permansisset, Sed hyeme decreuisset, sic, & arundinem prouenisse; fertur enim, uideturquè aucta altitudine lacus, duranteq́; inundatione crassari arundinem, & fieri crassatam quidem armamentariam, bombyciam uerò cum non aqua permanserit, generationem itaq; talem tradidere. Distare autem à reliquis

quis

quis arundinibus armamentariam (ut uniuersum capiamus) præstantia quadam nutricationis naturalis confirmant: quippe pleniorem, carnosiorem, in totumq; faciem fœminæ lasciuiorem spectari: etenim folium amplius, candidiusq; habere, & minus lanuginis, quàm cæteræ, quasdam etiam omnino nihil habere, quas & nomine spadonum appellant, hinc paria optima fieri quidam affirmant, sed pauca tamen in opere benè succedere, cædi tempestiue solitas usq; ad Antigenidem; cum adhuc simplicius tibia uterentur sub arcturo, mense Septembri; quippe sic cæsas plerisq; quidem post annis utiles esse incipere, multaq; interim exercitatione sonandi indigere. sed ora linguarum comprimi, quod erat illis Theatrorum moribus utilius; sed postquam uarietas, fictioq; accessit cæsura mutata est; Cædunt enim nostra ætate mense maio, & iunio, quasi paulo ante solstitium, uel sub ipso solstitio, & fieri utiles in trimatu referunt, & breui exercitatione egere, linguasq; distinctu deflecti, quod his necessarium est, qui sonos fingãt, & multifariam flectant. hæ armentariæ candidæ tempora tradunt præparatio & confectio hunc in modum fieri solet: cum collegerint hyeme sub dio exponunt suis uestitam tunicis, uere autem despoliatam, attrituq; expurgatam soli expandunt; æstate posthac concisam in internodia, rursus sub dio exponunt ad quoddam tẽpus relicto internodijs superiori geniculo: his longitu-

E do

do palmo nunquam minor, optima ex internodijs ad pa riũ constructũ, media totius arundinis mollimina paria gerunt, quæ aduersum germina exeunt, durißima quæ proxima radice habentur, linguas eodem internodio exemptas congruere, cæteras esse discordes, proximam ab radice leuam poni, dextramq; germina uersus pateat, inciso duas in partes internodio: os linguæ utriusq; secundum calami incisuram faciunt, & si quo alio modo lingue conficiantur, non satis eas congruere, talis præparatio, atq; confectio est, nascitur plurima in Cephisum, & melanam, pelecania locus hic nominatur, huius quædam partes Chytri uocati, lacus altitudines sunt, quibus arundinem laudatißimam prouenire affirmant. Quin & quo probatio dicta fertur, is autem amnis est ex Lebadea profluens, sed omnium optima nasci creditur Oxeam campen uocitatam. Locus hic Cephisi hosti est uicinus ei campus pinguis, et hilaris quem Hippiam uocant. Est etiam alius locus aquilonius Oxeæ Campæ Boedrias nomine, quo etiam ipso nobilem arundinem nasci asseuerant. In totumq; ubi crassum, lætum, fæcosumq; solum sit, Cephisusq; se permisceat, atq; etiam altitudo lacus amplietur, arundinem optimam oriri. nam circa Oxeam campem & Boedriam hæc omnia comperiuntur. Quod autem Cæphisus uim magnam ad faciendam arundinem laudabilem sortiatur, argumento capiunt, quod eo lo

co

co, ad quem melas, qui uocatur, influit. quamquam locus profundus, solumq; crassum, atq; fœcosum, tamen ut omnino nulla aut uitiosa exurgit. Generationẽ arundinis Tibialis, naturam confectionem, quibusuè differentijs à reliquis distet, satis dixisse arbitramur. Genera non hæc solum, sed plura arundinis etiam intelliguntur, quæ differentijs, uel sensui manifestis discernuntur, quædam enim densa tam carne, quàm geniculis, quædam rara, paucisq; geniculis, & alia caua tota, quam fistulariã quidam appellant, (nihil enim ferè ligni, carnisuè habet) alia solida, et tota penè intus repleta. Item alia breuis alia procera excelsa, crassaq; & alia gracilis, foliosaq;, alia paucis folijs omnino: multæ quædam differentiæ pro natura, usuq; intelliguntur, singula nanq; ad singula utiles. nominibus alij alijs appellant, sed Canna communissima quodam modo est, quam et fruticiam maximè omnium referunt, & apud flumina, lacusq; potissimo nasci; plurimum tamen inquoq; genere distare, inter sese aquaticas, & sicco nascentes perhibetur. Sagittaria quoq;, quam creticam quidam appellant, sui generis est, nodis paucis, geniculata, carnosior omnibus, maximeq; flexum recipiens, atq; omnino absequens; quo libeat flecti calefacta; magnas & folia differentias reddunt, quemadmodum diximus, non multitudine, magnitudineq; tantum, Sed etiam colore, quippe quæ Laconica cognomi

natur, uersicolor est. Item positu ipso, atq; annexu, quædam enim ab ima parte foliorum plurima ferunt, ipsæq; perinde ac è frutice se attollunt. Quidam uel discernendum penè lacustrium esse uolunt, scilicet multa habere folia, & gladioli, phlei, Algæ, butomiq; folijs similia, uerum hoc amplius scrutari oportet. Genus autem quoddam arundinis uel terrenum emigrat, quod non erigit caulem, sed super terram spargitur graminis modo, atq; ita se ampliat, mascula solida est, fœmina inanis, quippe ad hanc marem, fœminamq; distinguunt, proueniunt ex eodem fundo pluscula, non autem frutetant, folio non longo, sed salici simile, magnitudine præstantes, atq; robustæ, ut uicem hastarum præbeant. Hæc circa Acesinam amnem oriuntur. Omnis autem arundo uiuax est, atq; adusta melius resurgit. Itemq; stipe crassa, numerosaq; est, ob id mori peruicax, radix ipsa geniculata, quemadmodum graminis,

a. c.1.26 *uerum non omnes simili modo informantur.* [a] *& cum aquatilis sit calidior est, & à gelu torpere minime potest.*

b. c.6.16 [b] *in Egypto harundo cibo idonea est, quæ in paludibus nascitur. dulcis enim cætera quoq; sua extrema parte sentitur, sed breui admodum: At illa propter copiam alimenti tenera, dulcisq; parte ampliori exurgit: radices etiam suam dulcedinem seruant, usq; quo resiccentur, resiccatæ statim eam amittit: siccitas enim neq; cibo idonea neq; sapida est quapropter caulium*

quoq;

quoq; uigor certus statuitur. [a] *fissa sponte coit, atq; in corporatur.* a. c.5.23

[b] *Aspalax radices similes habet croco perdicio.* b. h.1.11.

[c] *Asparagus corruda ex toto aculeata est, & nul lum iusta aculeum folium gerit.* [d] *& difficile ferme inueneris præter corrudam & Nepam, quæ post æquinoctium autumni florescant. propter aculeos pusillum quendam producit peciolum, ex quo flosculus tandem ipse erumpit, radice larga alta, numerosa, eademq; tã crebra innititur, ut pars superna radicũ tota conexa, et continua reddatur, ex qua uel ipsorum caulium factitatur prouentus, exit caulis de corrudagine uere, ciboq; idoneus est, deinde durescit, florescitq; indies, flos nõ solum ex hoc, uerum etiam de primoribus emergit cau libus. hæc annuo constat caule, Igitur quæ spinosa in totum sunt, naturam eiusmodi obtinuerunt.* c. h. 6.1. d. h.6.3.

[e] *Atragena commodissime capi ex atragena uocata existimant, hæc enim arbor uitis, & lambruscæ similis surgit, modo illarum arbores scandere solet, sed conceptaculum ex hac, terebrum uero ex lauro faciundum censent, non enim ex eodem quod agat, quodq; pa tiatur, sed è diuersis accipiantur, alterum efficiendi, al terum patiendi uim obtineat, natura exegit.* e. h.5.10

[f] *Atriplex, cacumine & latere fructum fert.* [g] *nascitur octauo die.* [h] *radix una alte descendit, aliæ uero ex ea se deprimunt,* [i] *& lignosa apparet.* [k] *semina habet* f. h.1.23. g. h.7.1. h. h.7.2. i. h.7..3 k. h.7.3.

bet longa, lata, & foliata, & ex utraq; parte racematim gerit.[a] *& infirmiora ad perdurandum sunt.*

a. h.7.3. b. h.8.4. c. h.8.7. d. h.8.8. e. h.8.11.

[b] *Auenam multiplici folliculo natura operuit,*[c] *& pilosa est,*[d] *& magis in ordeo exire uidetur.*[e] *& ordeo similis constat, ceu semen, siluestris ea & immitis constat; terram quoq; uehementer extenua & multiplici tum radice tum calamo cõditur. cultis agris hæc melius erumpit, & nonnunquam quæ prius germinis infæcunda esset, si diligenter colatur, germinat in totum solum hæc frugale desiderat, peculiari uel illo á cæteris frumentaceis hæc discerni putatur, quòd annis alternis utrunq; semen aptum sit prouenire, quamobrem qui eam deleri penitus uolunt (deleri enim per contumax est) segetes annos duos laxant á satu. cumq; plenè diffusa in herbam est, pecus sæpe impellunt, usq; dum penitus depascantur, idq; planissimum eius exitium fit, quòd simul & alternatim eius germinationem testatur.*

f. c.4.6. g. c.4.7.

[f] *ex semine idest zea Auena mirandum sane fit, permutat enim naturam, & in formam alienigenam mutatur.*[g] *simul uero non germinat eius semen, sed particulatim, aiunt enim eius radices germinare anno posteriori, uel semina posterioris anni delapsa erumpere uerum non infirma sed ualida est auena, ut plurima perficere ualeat, & simul quæ multa infirmiora sunt hoc possunt efficere, ordeum etiã multo antecedit auena, ut culmus staret inanis, indomita etiã permanet, & nõ est*

mirum

mirũ, præsertim cum tam multis tunicis integantur.[a] *interimit autem triticũ atq; ordeũ, quia pabulum tollit.* a. c.5.22.

[b] *Auro maxime arbores interimit, est enim ualentior, atq; adeo ut etiam Cytisum ipsum interimat.* b. b.4.20.

[c] *Aurio & Edera nimio pabuli desiderio, salsugi neq; sibi ingenita arbores necant, sed aurio perniciosior est, quod plus habet salsuginis.* c. c.22.

[d] *Aurelia ex syluestribus est, & citissime floret* [e] *& qui eo coronantur unguento ex auro ignis experte inspersо, gloriam, atq; existimationem bonam consequitur. florem aurelia habet auro similem, folium candidum, fructum tenuem, durumq;, radicem per summa cespitum, atq; tenuem, usus eius ad serpentium morsus è uino, ualet etiam ad ambusta, cremata, & mista melli, sed quod superius dictum est mera hominum cõmenta sunt, ut magnificarent suas artes.* [f] *Ex eruca animali aurelia nascitur, ex aurelia mox papilio.* d. b.6.c.ultimo. e. b.9.21. f. c.5.8.

B.

a. b.9.6. Alsamum[a] in ualle Syriæ prouenit, eius arbusta duo tantum affirmant, alterum uiginti iugerum, alterum multo minus arboris magnitudo, quæ malo punicæ magnæ, rami multi, foliũ rutæ simile, candidum tamen, perpetuo uirens, fructus similis terebintho tã magnitudine quàm colore. Is quoq; admodum odoratus est, & magis quàm lachryma. colligi lachrymam in caudice, & parte superna tradunt, facta incisura unguibus ferreis, sub sydere, cum æstus maximè angit, collectum uerò æstate fieri tota, sed quod manat multum non esse, uix enim in tota die concham posse impleri, odorem autem inferri eximium, & copiosum, adeo ut ex paruo spatium per longum odor ualeat permeare, uerum syncerum ad nos nullũ aduehi, sed quod mistum colligitur, pluribus enim mistionibus uitiari, quodq; Græciæ uenditur sæpè adulterari. Quin & uirgas eiusdem arboris odorem suauissimum præstare affirmant. & quidem eas quoq; amputari quotannis: partim ut reliqua ualentiora seruentur, partim ut emolumenti plus comparetur. Vendi nanq; uel eas magno pretio posse. Quin etiam ad imbrem cultus eiusmodi causam referunt, quem crebro incidere asseuerant: necnon & amputationem uirgarum causam nonnullam adijciunt, ne magnæ arbores fiant, sequi


enim

enim ex crebra tonsura, ut uirgæ tantummodo mittantur; nec intendi ad unum uires arboris posśint. Syluestre Balsamum nullum usq; compertum accepimus. Impleri ex maiori orto uasa semichoea duodecim aiunt; ex altero uerò duo tantum. uendi syncerum argento ad drachmam, reliquum pro modo adulterationis. Et Balsamum quidem præcipuam quandam in odore naturam protulit. [a] *ad unguenta uerò utuntur.* [b] *& cum in locis calidis nascatur maximè est odoratum.* a h.9.7. b. c.6.27.

[c] *Betula folio caryæ dictæ conditur, præterquàm quòd paulo angustiori, cortice autem uersicolore, & materie leui, non nisi ad baculos utili.* c. h.3.14

[d] *Beta tempore longiore exacto pro ratione magís incrementa capescit.* [e] *caudices lignosi.* [f] *radici cohæret singulari, & carnosæ.* [g] *folia carnosa sunt, & caro in latitudinem distenditur, non in rotunditatem crassatur.* [h] *seritur mense Iulio, ut lactuca, & eruca, & ex uetere semine celerius nascitur, æstate die sexta, hyeme decima, & hoc peculiare in beta inquiunt euenire, quòd non semen omne continuo pullulat, sed longo tempore post, anno scilicet sequenti & tertio, qua de causa ex larga copia seminis exiguum prodire solere.* [i] *& cum non sit capitata diuturnior germinat. mittit enim radices, quibus folia, caulesq; proueniunt.* [k] *inter betas uero candida sapore nigra præstantior, pauciorumq; seminum est, quam siculam quidam appella-* d. h.1.5. e. h.1.8. f. h.1.10. g. h.1.16. h. h.7.1. & c.2.23 c.4.14.c. 4.3.c.4. 7. i. h.7.2. k. h.7.4.

F runt.



a h.7.6. b. h.7.7. runt. [a] semina quoq; firmiora sunt ad perdurandũ. [b] co
c. c.12.7. quitur autem, & est cibo idonea. [c] cum autem aquis sal
d. c.6.16. sis rigatur, melior euadit. [d] radices dulces sunt, reliqua minimè.

e. h.6.3. [e] Beta syluestris in genere carduorum aculeatis folijs non constat.

f. h.7.10 [f] Bibinella similis est linguæ agninæ, ab aliquibus dictæ coturnicis.

g. h.1.23 [g] Blitum utraq; parte fructificat, ut etiam Atri-
h. h.7.2. plex. [h] celerius erumpit. [i] radicem habet unicam non in
i. h.7.3. rectum tendentem, & continuo ab extremo multas cras
k. h.7.4. sas prolixiores, quàm Atriplex agit. [k] minus tamen lignosas quam ocimus. semen cortice continetur, & ra-
l. h.h.1.9 cematim, ut Atriplici. [l] & plura sunt eius genera.

m. h.1.19 [m] Brassica inter olera est, radicem habens singu-
n. h.1.15. o. h.1.16 larem. [n] & perpetuo uiret. [o] polio quod contra uermi-
p. h.1.23. culos noxios uestimenti interpositum ualet. [p] & ex
q. h.4.20 et c.2.25. utraq; parte fructificat. [q] uitem offendit & succi odororisq; uiribus reddit deteriorem, olfacere quippe eam, & attrahere dicunt, quamobrem germen cum illis propinquum fuerit, recedere, atq; auerti, ut pote inimicum fugiens odorem. Androcides exemplo hoc usus est de medela contra uinum confecta, ex brassica uidelicet temulentiam posse propulsare, quippe cum ui
r. h.7.1. tis etiam uiua odorem brassicæ fugiat. [r] nascitur cum
s. h.7.2. seritur decimo die. [s] & etiam auulsione, semper enim

aliquid

aliquid radicis accipitur.[a] *uerũ in Braßica cæteris eſſe ſuauiores caules regerminatos confeſſum habetur.*[b] *uerum plura ſunt eius genera. trifariam enim illi datur digeſtio, aliam enim criſpam, aliam leuem, aliam ſyluestrem notarunt: ſyluestri folium leue, ſed paruum, atq; rotundum, & ramis, folijsq; permultis condita eſt; ad hæc ſuccum aſperum, & instar medicamenti habet, quamobrem medici eo ad aluum purgandum utuntur. Quin & illud differentiam facit: genus enim quoddam earum eſt, quod nullum aut prauum ſemen producat, in totum criſpa ſucci bonitate, & folij amplitudine, leui præstantior eſt.*[c] *translata melior redditur, & grandior, auctuq; facilior, hoc etiam ſimiliter euenit seminibus depoſitis, quàm fuſim ſatis beſtiolæ radicibus innaſcuntur, pulices, uermiculi, porricidæ appellatæ, has igitur humor collectus interimit, & fimus aceruatim iniectus: Industria enim beſtiola condens, ut in ſtramento quieſcit in ſtercore, quam obrem uenari facile eſt, aliter nulla uenãdi datur facultas. Radicibus contra pulices ne noceant remedium, interſerere eruum, ſed ne naſcantur nullum medicamen compertum referunt.*[d] *Syluestris præter alia modo peculiari caules ſortitur, rotundiores enim, leuioresq; gerit, quàm ſatiua, & foliorum appendicem illa latũ hæc habet rotundiorem, & folium minus angulatum, nam cætera quidem ſcabrior tum caulibus, tum folijs cõ*

a. h.7.2.
b. h.7.4.
c. h.7.5.
d. h.7.6.

a. c.2.20 *ſtat.* [a] *Braßica diminuta melior reditur.* [b] *ſolum amat*
b c. 2.22. *ſabuloſum.*

c. h.8.9. [c] *Bromus tritico ſimilis, & maxime terram extenuans, ſemen redditur, inter alias radice numerioſiore conſiſtit, multis enim diſpergitur culmis, ut etiam auena, & syluestris, & immitis.*

d. h.4.7. [d] *Brium folium coloris herbidi, amplo, nec lactucis diſsimile, rigoſiori tamen, & ueluti contracto, caret caule, ſed ab uno initio plura folia huiusmodi exeunt, & rurſus ab alio; naſcitur ſuper lapides, fictiliaq; iuxta terram.*

e. h.1.10 [e] *Bulbus radices habet maximas in profundum tendentes, ſicut gethyum.* [f] *& caule omnino caret, & in*
f. h.1.16. *totum omnia, quæ natura diſtendi ſub terram uoluit, caulium expertia eſſe placuit, & totum radice conſumari.* [g] *uere floret, & eo utuntur coronarij ad conficiendas coronas.* [h] *radice ſeritur, & in capitatorum genere reponitur, & facile regerminat.* [i] *continuo ab radice aliud, atq; aliud obducens. & multis tunicis conſtat.* [k] *folium habet croco anguſtius, & caulis aſſurgit bulbo, atq; omnibus bulboſis.* [l] *& ei hoc peculiare datur, quod non ſimul ex omnibus ſeminibus exit.* [m] *ſed partim anno primo, partim ſecundo, ut de Auena etiam dictum eſt.* [n] *Eius radix cibo idonea eſt, & ut incrementum capiat cum folijs luxuriatur, quem admodum ampla ſparguntur incidenda ſunt.* [o] *Verum*

g. h.6.c. ultimo
h. h.7.2.
i. h.7.9.
k. h.7.12
l. h.7.12
m. c.4.7.
n. 7.9.
o. h.7.13

bulborum

bulborum plura sunt genera, differunt tamen inter se, magnitudine colore, figura, sapore, quippe cum adeo dulces quibusdam in locis exeãt, ut uel crudi mandi facile poßint, ut in Cherroneso taurica, sed maxima, peculiarisq; praecipua differentia lanigenarum herbarum adnotatur. est enim genus quoddam eiusdem littoribus nascens, lanamq; sub primis tunicis habens, ut inter internum quod manditur, & externum media ista conculcetur. texuntur ex ea, & togæ, & uestimenta alia, qua de causa lanatum id constare putaueris, non modo illius indici crinitum: quin & bulbosa plura, nec ijs pauciora notare licet, exempli gratia. Violam albã, bulbinam, et cætera. [a] *semen inter triticum, & alia semina nasci solet.* [b] *& tam sponte, quàm radice sata prouenit, ut omnia capitata, facile eius radix exiccatur, cum habeat plurimas tunicas, & lentitiam quandam.* [c] *partem superiorem radicis tenuem imbecillem, radices amplas, carnosasq; gerit.*

a. h. 8. 8.
b. c. 1. 4.
c. 6. 18.

[d] *Butomi caulis æqualitatem quandam peculiarem cum gladiolo habet.* [e] *fluuios, & loca aquosa amat.* [f] *& in eis fructificat, fructum nigrum magnitudine sidæ proximum, & tam in terra, quàm in aqua exit, sed maior in aqua, & insulis quoq; prouenit fluitantibus.* [g] *folia habet multa similia cannæ.*

d. h. 1. 8.
e. h. 4. 9.
f. h. 4. 11.
g. h. 4. 12.

[h] *Buxus grauis est, ut etiam Ebenus, quæ ne arefactæ quidem leues redduntur.* [i] *medullam paruam habet.*

h. h. 1. 8.
i. h. 1. 9.

habet, & incertiorem; sunt enim qui non in medio, sed per totum lignum esse dispersam affirmant, & nul
a. h. 1. 13 *lus sit certus locus medullæ.* [a] *propter autem nimiam spissitatem omnino enodis est, aut paucissimis nodis.*
b. h. 1. 15. & 3. 4. [b] *& perpetuo uiret.* [c] *& in montibus nascitur.* [d] *fructū*
c. h. 3. 4. *ingustabilem cunctis animalibus gignit.* [e] *facillimaq́;*
d. h. 3. 6. e. h. 7. 3. *auctu est.* [f] *magnitudine non excellit, folio myrto simi-*
f. h. 3. 15 *lis, nascitur locis algentibus atq; asperis. Quippe Cytora talis est. qua plurima prouenit. Olympus quoq; macedonicus frigidus est, nam & in eo gignitur, quam quam non magna, maxima autem, pulcherrimaq́; in Cyrena est. procera enim, crassitudineq́; cæteris longe præstantior, ideo uel insuaue est buxum olens.* [g] *quæ*
g. h. 4. 6. *cum loca frigida amat uersus Septentrionem cōmunius*
h. h. 5. 5. *reperitur.* [h] *uermes fugiunt buxum, quia erodere ne-*
i. h. 5. 8. *queunt.* [i] *ad carpentarium opus utilis, sed mediocriter, ad axem plaustris, & ad burem aratris. Est & eius usus ad nonnulla alia, quæ tamen in monte Olympo prouenit, ob suam breuitatem, nodositateq́; extat inutilis.*
k. h. 6. 3. [k] *Buxus Asininus natura spinosus est.*

C.



ARDVI[a] *non solum illud peculiare notatur, quod radicem uescendam, tum decoctam, tum crudam obtinuit, sed etiam, quod eandem optimam habet cum florescit, quodq; radix durescens lacteum succum emittit, floris quoq; prouentum peculiarem putaueris etenim circa solstitiũ incipit: carnosam, ciboq; idoneam partem crescentem sortitur, ortus autem eius non spinosus, sed oblongus fieri assolet: quod proprium habent tantum in eorum genere, quæ foliis constant aculeatis, è diuerso, quam uermilaginem habere uidemus. Carduus pinea haud multis prouenire in locis potest, est ab radice foliigera, qua de media seminalis a canus, ueluti malum extuberat. folijs nimirum occultatus. Hic lacbrymam iucundi saporis parte profert postrema, quam spinalem masticham uocant. Hæc igitur eiusmodi genera omnibus ferè terris possunt comperiri. Quæ autem cactus nuncupatur, in Sicilia, Græciæ nusquam habetur sui generis planta: hæc enim statim ab radice caules repentes in terram mittit, folio lato, atq; spinoso: caules hos cactos appellant: desquamati cibo idonei sunt, paulo amaricantes, & reseruare eos aqua salsa conditos cosueuerunt: alium uerò caulem erectum producit, quẽ pternicem uocant, is quoq; cibo aptus excrescit,*

a. h.6.4.

b. h.7.13.

scit, sed reseruari non patitur. fructus in quo semen spinata specie est, uerum exmptis lanuginosis seminibus, is quoq; uescendus relinquitur, & cerebro palmæ similis est, scaliam eum appellant.

a. h.3.9. *[a] Calamus odoratus in Syria circa lacum nascitur, ubi etiam & Papirus.*
b. h.9.7. *[b] Exit etiam trans libanum mōtem, & inter ipsum libanum, & alium quendam montem, sed non ut quidam dixerunt, inter libanum, & Antilibanum, inter quos campus amplissimus, & pulcherrimus est, quem fulonem appellant, qua uerò Calamus prouenit, lacus iu amplum spaciatur, iuxta eum palustribus siccatis iste assurgit, ut etiam iuncus, occupant enim isti locum plusquam triginta stadia, uirides nequaquam esse uidentur, sed sicci, forma uerò nihil ab alijs differunt, locum ingredienti protinus odor spirat, non tamen longius spirat, ut quidem referunt. ad unguenta uerò idoneus est.*
c. c.6.22. *[c] Virides nihil olent, ut calamus & iuncus.*
d. c.6.37. *[d] Syriæ calamus inodoratus est, & etiam iuncus.*

e. h.9.1. *[e] Chalbana lachrymam parit, ut Balsamum, & aliud simile.*

f. h.9.7. *[f] Chalbanum grauius olet, & medicinæ potius conuenit. id in Syria nascitur ex paco uocato.*

g. h.8.7. *[g] Camacia tritici species est, & de pastum quidem quoties libeat, fructum nihilo mutat retonsum uerò etiā semel degenerat, & longum sine ulla crassitudine surgit,*

git, nec satum ad naturam pristinam redire posse autumant, sed hoc perquàm paucis euenire Thessali aiũt. Apud Babyllonem semper & quasi ordinate bis tondent, tertio pecus admittunt, sic enim caulem mittit, alioquin folijs tantum lasciuit. & negligentius quidam colentibus quinquagesimo cum fœnore messes redduntur. diligentius uerò cum centesimo quinquagesimo. Cultus autem, cum quàm diutissimè aqua inter manserit, quo scilicet multum materiæ producatur, cum enim ea terra crassa, spisaq; sit, raram, atq; solutam reddere opus est, sed materiem, herbamq;, quam Aegyptus gignere nata est, illa minimè fundit.

[a] *Canaria primis imbribus post æquinoctium germinat.* a. h. 7. 8.

[b] *Chachrydias triticum sic dictum, culmo crasso consistit.* b. h. 8. 4.

[c] *Cadytas, syriaca herbula, uocata, arboribus, uepribus, atq; alijs quibusdam innascitur.* c. c. 2. 93.

[d] *Caninæ sentis fructum herbarij flatu auerso colligendum censent, alioqui periculum oculis imminere.* d. h. 9. 9.

[e] *Cantrubus fructum subrutilum parit, malo punico similem. est inter fruticem, atq; arborem punicæ, non absimilis folio amerinæ.* e. h. 3. 18.

[f] *Capparis cultum nullum patitur, sed deterior redditur cultu, ut natura syluestrem dixeris.* [g] *ramis aculeatis constat.* [h] *& non solum caule aculeato, sed etiã* f. h. 1. 6. et h. 3. 3. g. h. 6. 12 h. h. 6. 3.

a. c. 3.1. *folio hispido constat.* [a] *in genere uerò est illorum, quæ in gustatu quandam uehementiam monstrant.*

b. h.7.8. [b] *Capillus Veneris perpetuo uiret.*

c. h.1.13. d. h.2.3. [c] *Caprificus fico urbana nodosior est.* [d] *& cum ex grano ficario nullum penitus genus procreetur, caprificus tantum erumpit.* [e] *item ex caprifico, ficum, & ex fico caprificum, sed de fico in caprificum deterius mutari uidemus.* [f] *Culices ficarii pomis caprifici egrediuntur. & ex putrescentibus eorum granis gignuntur, cuius inditium afferunt, quod postquam euolarunt grana ficubus nulla penitus insunt, euolant magna ex parte, pedem aut pennas reliquentes in pomo. Est & alterũ culicum genus, Centinæ uocatum, quod ociose uiuit, quemadmodum fici inter apes, & quos ex altero genere poma sua ingressos adspexerit, protinus necat, id uerò suis moritur operculis. laudantur caprifici potissimũ nigræ, ex locis ortæ saxosis, ob rationem, quod per multæ istæ grana contineant Noscitur quæ aptæ culicibus emerserit, quòd rubræ, & uersicolores, & robustæ constant; contra quæ minus aptæ albæ, imbecillesq; cernuntur. Opponuntur ficis, quæ scilicet eam operam desiderant; cum pluerit, ubi uerò plurimus sit puluis, ibi plurimæ, ualidissimæq; caprificus exeunt.*

e. h.2.4.

f. h.2.ultimo & c.2.12.

g. h.3.4. h. h.4.14. i. h.4.16. [g] *in planis nasci nequeunt.* [h] *& longeuæ sunt magis, quàm urbanæ.* [i] *& neq; radicatione, neq; eradicatione uel scabie infestantur, neq; radicibus uermiculãtur, quædam*

quædam nec suos grossos amittunt, etiam si fico inserũtur; scabies potissimo gignitur, cum aquæ parum post uergilias incesserit, nam si multum fuerit causa contrahendæ scabiei omnis abluitur, & accidit tunc, ut et caprificus, & grossi decidant. [a] flecti facillime possunt, & primatus tenet indubie. [b] fumi accerbissimi sunt fici, & caprifici, & cuiuscunq; lacteo succo humentis, & causa humor est, hæc tantũ decoraticata, & aqua superinfusa madefacta, deinde siccata, omnium maxime immunia fumo eua lunt, flammamq; mollissimam faciunt, ut pote cum proprius quoq; innatusq; humor exemptus, quinetiam cinerem eius, lixiuiamq; acrem sentimus. [c] succus caprifici minime lac, aut praue contrahit. ([d] est enim acerbius fico urba nõ) [e] nunquam autem maturescit, neq; perfectionem ullam attingere potest. [f] tamen iuuante iam tempore aliquatenus maturari potest, & abuerso folio generat.

a. h.5.7.
b. h.5.10.
c. c.1.19.
d. c.5.11
e. c.1.22.
f. c.5.1.

Cinnamomum uide Ammomum.

[g] Cardamomum ex Media & India deportatur, & ad unguenta idoneum est. g. h.9.7.

[h] Carduus Pinea natura spinosa est, & pulchre, diuq; floret. & quæ in Creta insula exit, habere lacbrymam dicitur et hirci spina appellata. Vide supra. h. h.6.4.

[i] Caprinus in montibus proprie nascitur, & in plano. Vide supra Acerem. i. h.3.4.

[k] Casia in Arabia, Syria, India nascitur, ubi etiã k. h.46. et h.9.4.

G ii &

a. h. 9.5. & aliæ odoratæ, ut Thus, Mirrha, & cætera.[a] Sarmento crassiori constat, & eam neruosam esse uolunt, nec ullo pacto posse decorticari, ac eius etiam corticem esse utilem: cum itaq; uirgas secant, longitudine binum digitorum, aut paulo ampliores abscindere, recenteque bouis corio eas persuere, tunc ex eo lignis putrescentibus, uermiculos nasci, qui lignum erodant, corticem uerò nullatenus tangant, ob amaritudinem, acrimo
b. h. 9.7. niamq; odoris.[b] ad unguenta ea utuntur medici.[c] &
c. h.6.2. duo sunt eius genera, alia enim candida, alia nigra. Candidæ folium modo cutis oblongum, figura quodammodo oleagineo simile; nigræ quale Tamarici carnosum, candida magis se humi spargit, odorataq; est, nigra odore caret, radix ambabus, quæ altè descendit; grandis, ramiq; permulti, crassi, surculosiq; ab ipsa protinus tellure, atq; paulo superius sparsi lenti admodum constant: quamobrem hisce ad colligandum modo iunci utuntur: germinant, florentq; post æquinoctium autumni, & multum deniq; temporis florent.

d. h. 9. 9. [d] Casiam, quam alij dulcisidam uocant, noctu effodiendam præcipiunt, nam si interdiu, & à pico martio uisus quispiam sit, fructum quidem legens, oculis periclitabitur, radicem autem secans sedem procidet.

e. h.7.10. [e] Cauda uulpina spicosa est.

f. h.1.16. [f] Cedria extremitate pungit.

g. h.1.18 [g] Cercis arbor est, & siliqua semina profert, utficus

cus Aegyptia id est siliqua.

[a] *Cedrus extremitate pungit.* [b] *uiret perpetuo.* [c] *folia habet rara.* [d] *& per summa innititur.* [e] *quidam binam affirmant; alteram lyciam, alteram punicam; alij simplicem dicunt, scilicet qui Idam incolunt est iunipero non absimilis, sed folio maximè distat: quippe cedro durum, acutum, spinosumq́; Iunipero mollius: excelsior quoq; iuniperus nasci uidetur: cæterum alij nominibus minimè diuidunt, sed ambas cedros appellant: cedrum tamen cum additione, cedrum acutũ nuncupant, ambo nodosæ alosæ, & materiæ tortuosæ: uel potius iunipero parua, spissaq́; materies, breuiq́; putrescens, cum cæsa fuerit. Cedro maxima ex parte corde referta, & putredinem nullam sentiens, fructus cedro odoratus, pulcher, gustatuq́; suauis.* [f] *Cedrum Syria gignit, eaq; ad triremes utuntur.* [g] *hæc detracta coma, decisoq́; cacumine, tota perit, nec quicquam germinat, sicut nec si adusta, aut tota, aut parte aliqua fuerit: reliqua autem omnia & præcisa germinant, & nonnulla meliora reddunt, ut olea.* [h] *ex cedro simulachra sculpere solent, ut etiam ex cupresso, olea, & alijs.* [i] *cedri materies nata humorem emittere, & in plenum omnes quibus oleosus est humor, quamobrem Deorum statuæ uisæ sunt aliquando sudasse. ex his enim condere eas consueuere. Quod autem Lucinam appellant, & sacrificijs obseruandum Aruspices iubent, concreto*

a. h.1.16.
b. h.1.15.
c. h.1.16.
d. h.3.7.
e. h.3.12.
f. h.4.6.et c.5.8.
g. h.4.19. et c.5.24
h. h.5.5.
i. h.5.ultimo.
idem ferè dicit.c.l.quinto.4.

quodam humore extuberat, magnitudine piri, aut paulo maius, minusuè. Germen potißimo citat materies oleaginea, cum rudis, tum sæpè laborata in opus, si quem humorem sentiat, locumq; habeat humectum, ut iam cardo quidem ualuæ prodatur germinasse, & poculum limo iniectum.

a. h.9.2. *[a] Quidam cedrum picem germinare affirmant.*

b. c.1.21. *[b] fructum serò perficit, sicut etiam omnia, quæ perpetuo uirent, unde quanuis non magni*

c. c.1.26. *confici tamen difficile possunt.* *[c] in locis algentibus cedrus perdurare ualet, super ea niuem minime posse durare autumant, scilicet ratione caloris.*

d. c.6.21. *[d] fructus gustu suaues sunt, & benè olent.*

e. h.1.6. *[e] Celastrus cultum nullum patitur, ut etiã Abies, & Pinaster, immo deteriora redduntur.*

f. h.1.15. & h.3.4. *[f] folia nunquam dimittit.*

g. h.3.4. *[g] & in monte, & in plano nascitur.*

h. h.3.6. *[h] et tardißimè fructũ perficit.*

i. h.4.1. *[i] loca summa, gelidißimaq; amat.*

k. h.5.8. *[k] & ad baculos idonea est.*

l. h.1.8. *[l] Celtis caules macilè habet.*

m. h.1.9. *[m] medullam duram, et spissam,*

n. h.1.13 *[n] propter nimiam spißitatem enodis est, aut paucißimis nodis constat.*

o. h.4.3. *[o] in Africa celtis plurima, optimaq; gignitur.*

p. h.4.4. *[p] Proprium genus præstat, magnitudine quanta pirus, aut paulo minore, incisuras folium habet, ac ilicis esse uideatur materies. genera eius plura, fructibus inter se discreta produntur, fructus magnitudine fabæ, maturescit uuarum modo, uarie colores immutans: nascitur quemadmodum myrta aduer*

sa

ſa inter ſe, denſius ſuper germina, guſtatu inter lotophagos dictos prædulcis, ſuauis, innocuus, atq; etiam bone frugis, uentribus eſt ſuauior, qui ſine ligno interiori eſt, nam uel genus huiuſmodi redditur, & uinum eo exprimitur, multa hæc arbor, fructuq; copioſa eſt. Exercitum itaq; Opheli cum in Cartaginem proficiſceretur, uel eo fructu diebus plurimis paſtum commeatuum defectu, accepimus. Eſt igitur in inſula Lotophagia Paride uocata larga copia, cæterum non minor in continenti, sed longè largior eſt, & plurima omnino in Africa nonnulli celtim arborem fructicosam, ramoſamq; tradunt, caudice firmo, uel fideli, fructu nuce obducto, parte extrema minimè carnoſa, sed potius pelliculari, cibo non tam dulci, quàm guſtatu aliàs grato, & uinum, quòd ex eo exprimitur, non niſi binos, aut ternos dies durare, dein aceſcere, suauiorem itaq; fructũ apud Lothophagos eſſe, materiem autem optimam in Cyrenea prouincia, tractumq; Lotophagorum feruidiorem confirmant: radicem quidem eſſe multo nigriorem, quàm lignum, sed minus ſpiſſam, & ad pauciora commodam, quippe tantum ad pugiones, glutinamentaq; uſui eſt. lignum tibijs. alijs plerisq; expetitur. [a] *et longo tempore durat in operibus.* a. h. 5. 5.

[b] *Centaurium in Elio agro fœcundum, quod montuoſis infœcundum: quod planis floſculo tantum gaudens: quod concauis nefloret quidem, niſi improbe.* b. h. 3. 5.

Capæ

a. h.1.8. [a] *Cæpæ multiplicem tunicam habent,* [b] *& cortico-*
b. h.1.10. *sæ porrigitur in totum quæ de capite per medium pen-*
c. h.1.16. *dent, radices esse uidentur, & coalescunt.* [c] *folia illico ab radice exeunt; uerum hoc peculiare, quod concaua*
d. h.7.1. et.h.7.5. *sunt, ut etiam Gethio.* [d] *quæ unicaulia sunt, & aquam*
e. h.7.2. *fimumq; cupiunt.* [e] *semine nascuntur, & etiam radice, sicut omnia capitata, facilè enim regerminare possunt.*
f. h.7.3. [f] *fœcundissimæ uerò sunt.* [g] *& continuo ab radice aliud*
g. h.7.4 *atq; aliud obducunt, etsi non auellantur, plures indies*
h. h.7.4. *fiunt, & super fistula capitari posse affirmant.* [h] *Cæparum plura sunt genera, ut quæ à locis nomina accepere, gardiæ, cnidiæ, samothraciæ. item satanicæ, & fissiles, & ascaloniæ. Ex his setanicæ minimæ, sed largæ, dulces: fissiles uerò, & Ascaloniæ tum cultu, tum natura inter se differunt; fissiles etenim hyeme sua cum coma inertem relinquunt, uere externa folia detrahunt, & reliqua colunt, detractis his folijs, altero germinant, simulq; inferius finditur, unde fissiles appellatæ sunt. quidam uel omnibus detrahenda folia censent, ut uim suam imo contineant, neq; effusæ seminescant. Ascaloniarum peculiaris quædam natura notata est: etenim solæ fissiles, & quasi steriles ab radice consistunt, nec ea parte crescere, ac proficere possunt: quamobrem non eas deponunt, sed semine serunt, cum deinde germinatum sit, transferunt, perficiuntur adeo celeriter, ut cum cæteris, aut etiam prius euelli possint*

sint

sint plus temporis dimissæ in terram putrescunt. Plantatæ caulem edunt, semenq; tantummodo fundunt, tum exinaniuntur, atq; inarescunt. Harum igitur talis natura. Differunt & colore nonnullæ etenim apud Issum cætera quidem candidis similes constant, sed colore candidæ admodum proueniunt sardianisq; similiter ferè affirmant. Cretensium peculiaris maximè natura notatur, sed Ascalonijs quodam modo proxima, ni forte uel eadem dici debeant: Est enim in creta genus quoddam, quod semine quidem satum, in radice crassatur, depositum uerò in caulem, semenq; totum funditur, sine capite saporeq; dulce est. id enim quasi è contrario cæteris habet, omnes namq; depositæ melius, celeriusq; perficiuntur. Omnes post arcturum proueniunt, tepido adhuc solo, ut depositas imbres occupent, seruntur, & toto capite, & circunciso, sed germinationes haud similes fieri solent, parte nanq; inferiori cæpæ nascuntur. superiori herba tantum erumpit, sectæ in rectum germinare omnino nequeunt.[a] Tunicas eximunt, quoniam neq; uiuunt, neq; primatum causæ obtinent.[b] Sapor in radicibus suas uires habet.[c] Quamobrem iuxta coronarias plantas serere censent, id enim iuuare ad creandam odoris suauitatem affirmant, quod si uere narratur, alterum ex duobus illis causam dixerim, aut quod quantum mali odoris adsit, hæc detrahunt. alitur enim unumquodq; re sibi simili, quodq; sibi cognatum

a. c. 1. 4.
b. c. 6. 17.
c. c. 6. 28.

H *sit*

ſit, nimirum attrahit, itaq; parte aliena illa ſublata, reſiduum purius, odoratiusq́; relinquitur: aut quod locum ſua caliditate, edacitateq́; exiccent, ſiccis etenim locis omnia proueniunt odoratiora, ſed hoc uelut ſuppoſitionem dictum accipies.

a. h.3.13. [a] *Ceraſus natura peculiaris arbor eſt, magnitudine excellens, quippe quæ ad uiginti quatuor cubita creſcat; recta, admodum craſſa, ut & cubitalem ambitum è radice compleat, folium meſpili, ſed admodum durum, latiusq́; ut è longinquo arbos colore ſit manifeſta: corticis leuitate, colore, craßitudineq́; tiliæ ſimilis, qua propter cunas ex eo conficiunt, ſicut etiam è corticibus Tiliæ. hic neq; recto meatu aſcendit, neq; gyro pariter obducit, ſed mucronatim ambit, ab inferius ſurſum uerſus ſe ad minusq́; contrahens, quemadmodum foliorum deſcriptio. Cumq; deſquamatur, hoc eodem modo decorticatur, alioquin præſcinditur, nec pars ali qua eodem filo detrahi poteſt: quin & per craßitudinem prætenuis modo folij ſcinditur, reliquumq́; durare, arboremq; tueri poteſt, ſimili modo ambiendo, reliquo autem cortice oblato, humor tunc quoq; defluit, & cum externa tunica tantum detracta ſit reliqua pituitaceo quodam humore nigreſcit, rurſusq; anno ſecundo, alia, uice illius ſubnaſcitur, uerum tenuior. Materies in neruo cortici ſuo ſimilis ſe in anfractum conuoluenti. Virgæ quoq; eodem modo illico enaſcuntur,*

tur, ramis crescentibus euenit, ut alij deorsum assidue pereant, alij sursum uersus increscant, omnino arbos minus ramosa est, sed multo enodior, quam populus, radice multiplici per quam summa, sed nõ crassa inniti tur, & conuolutio eadem radicis, & corticis radicem tegentis est, flos candidus; piro et mespilo proximus, & paruulis floribus constans forma fabaceus, fructus rubet, figura Iouis flammæ per similis, magnitudi ne fabæ, uerum Iouis flammæ nuceus durus, ceraso au tem mollis, nascitur ubi tilia, in plenum ubi amnes, et rigua.[a] *cortex detrahitur, sine necis periculo, ex quo funes fiunt, sed non uitalis, neq; princeps sed summus, qui plerunq; subnascente alio decidit.*[b] *humor in lacbrymæ modum gignitur.* a. h.4.18 b. h.9.2.

[c] *Cerrus inter genera roboris habetur, fructifera, & glandem amarissimam producit, rarissima excelsissima, leuissima, & materiæ per longitudinem robustissima; nunquã in cultis, aut rarenter nascens.*[d] *quã alij sterilem dicunt alij fructum uitiatum, adeo ferè, ut eum animalium nullum mandere possit, præterquam sues, & hos cum aliam nullam habent, magnaq; ex parte caput tentari, materies quoq; improba, & laborata quidem, omnino inutilis: rumpitur enim & cadit, rudis autem melior, ob id sic ea utuntur. Improba etiã ad cremandum, & ad carbonem faciendum: quippe cum carbo eius omnino inutilis, quod transilict, scintil-* c. h.3.9. d. h.3.10

letq; præterquam in officinis ærarijs. His enim utilior cæteris hic habetur, quòd enim flatu desinente protinus extinguatur, paucus absumi potest.

a. h.2. 5. *[a] Cicer, ut grandescat cum putaminibus madefactũ*
b. h. 8.1.
c. h. 8.2. *obseritur. [b] & sero. [c] exit multis folijs, radicem habet lignosam sicut omnia legumina, uerum ramulis, prætenuibus modo capillamentorum fibratas, & omnium (ut ita dixerim) altissimam cicer agit, quod nonnunquã*
d. h.8.3. *uel ex latere mittit flores diuturnissimos producit. [d] Cicer paucissimis diebus perfici potest, siquidem post sementem diebus quadraginta absolui possit, ut quidam affirmant: nam in totum celerrime genus id leguminis*
e. h.8. 5. *consumari nulli dubium est. [e] & siliquis rotundis semi-*
f. h.8.6. et h.8.10. *na continet, licet pauciora. [f] sed abluta salsigine radi-*
g. c.3.27. 30. *ce tabescens interit. [g] et ab erucis eorũ protinus perit, cicer nigrum, atq; etiam russum, firmius est, quam album locis dilutioribus sero serendum id censent.*
h. h.8.7. *[h] Cicer à cæteris leguminibus propria illa distinguit, quod de floris prouẽta retulimus, & quod fructum celerrime perficit, quoniam firmissimum lignosissimumq; constat, atq; in totum nouahbus ineptum præ sua edacitate est. Herbam enecat omnem & maxime, ac celerrime tribulum ad summam, nec solum quodlibet ferre id legumẽ*
i. h.8.10. *potest, sed nigro quodam, crassoq; opus est [i] & licet*
k. c.4.7. *corruptis leguminibus animalia propria gignãtur, [k] Cicer solum nullũ animal gignere propter amaritudinem*

potest

potest. [a] *& hac de causa diutius durat.* [b] *solum lentum amat.* [c] *& breui id emacrat, hoc solum nouale non facit.* [d] *madefactum perit.* [e] *Incoctilitas uerò in eo deprehenditur, uel propter terram, uel propter aquam, & aerem.* [f] *Cicer florens imbre, flatuq; intempestiuo obit.* [g] *calidum & siccum etiam est, & ingustabile.* a. h.8.10. et.c.4.2. b. c.3.26. c. c.4.9. d. c.4.11 e. c.4.14. f. c.4.14. g. h.7.9

[h] *Cichoracea omnia folio annuo, ab radice foliata consistunt. germinant post Virgilias, fraude excepta; sed caulibus, atq; radicibus differentias magnas sortiuntur, quippe cum cæterorum caules simpliciores, minoresq; exurgant: Cichoreæ, idest Intubi magnis, multisq; ramulis brachiatus, lentus item, & diuidi cõtumax est, qua de causa pro uinculo eo utuntur, radice quoq; germen laterale mittere potest, & alioquin radice prolixum est, ideoq; emori contumax. decerptis enim quæ ad usum ciborum capi soleant, reliquum generationis rursus capescit principiũ. Euenit autẽ ut pars eius alia, atq; alia floreat, idq; aßidue fiat usq; ad autumnum: quamquam durus caulis esse uideatur. fert et siliquam, in qua semen circa postremas caulium partes.* h. h.7.11

[i] *Cicuta in totum caules habet carnosos.* [k] *& optimà circa susam, & in totum locis prægelidis.* [l] *succus absq; ullo dolore obitum inferre potest, ut Thrasyas mantinensis comperisse aiebat, idq; admodum contractum, exiguumq; uidelicet ad drachmæ pondus, & irremediabile penitus, & tam ualidum, ut quantum uis* i. h.1.8. et h.6.2. k. h.9.19. l h.9.17.

temporis

temporis perdurare posset, nec quicquam sentiret immutationis, sed sumendum is cicutam censebat, non unde libuerit, sed ex susis, & si qua alia loca prægelida, & opaca constant. Cij non hunc modum cicuta utebantur, sed trita, ut scilicet, uti cæteri solebant, at nunc terere nemo uelit, sed detracto tegmine, (id enim rem difficilem facit, quoniam confici contumax sit) pistam sub inde in mortario tundunt, & prætenui cribro transmissam aqua inspersam bibunt, atq; ita obitus celer, facilisq; occurrit.

a. h.3.18. *[a] Clauiculæ plura sunt genera, sed quæ conspectiora, summaque occurrant, tria sunt. Herbacea, ac uirens, quæ plurima est: Secunda candida: Tertia uersicolor. quam Thraciam quidem appellant, & harum quæq; distare uidetur, quippe herbaceæ quædam folio tenuiori, oblongiori, atq; etiam densiori; quædam minus hæc omnia habens, & in uersicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumque habitu diuersa, pari modo & magnitudine, coloreque distant, auctu perfacilis herbacea, inquã plurimũ uenit: manifestam, quæ ederescat, affirmant, non tantum folijs, quæ maiora, latioraque habet uerum etiã germinibus, protinus enim erecta gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine. Herbacea uerò craßiora, breuioraque, ac edera ut semen proferre incipit, germen sublime, re-*

b. h.7.8. *ctumque edit.[b] uerum amplexicaulis constat.*

[a] *Cnecum folijs aculeatis constat, ut Acanum, et Eringium.*[b] *& syluestri, urbanoque discernitur. Syluestris genera duo notantur, alterum urbanum admodum simile, recticaulius tamen, quamobrem ex eo mulierum Priscarum nonnullæ colu utebantur: fructum nigrum maiusculum, amarumque parit, alterum genus densum constat, caulesque sonceos profert, & quodammodo humicaule fit: nam propter foliorum molliciam declinatur, procumbitq; ad arua, frustum amarum, frequentem, barbæq; modum hirsutum gignit: sunt ambo seminosa, uerum syluestre copiosius fert: eius peculiare præ aliis syluestribus est, quod illa duriora, spinosioraq; urbanis proueniunt: hoc autem mollius, ac leuius constat.* a. h.6 1. b. h.6.3.4

[c] *Cnicum unà cum seminibus ipsis flores edit, singulis enim seminibus singulos flores annexos gerit.* c. h.1.22.

[d] *Colytea folio Salici uicina est, ramosa, foliosaq;, in totum ampla fructum in siliqua sicut legumina gignit, eaq; lata, non angusta; semen inclusum paruulũ, non magnum, durum modice non nimis, nec abunde pro magnitudine sua fructificat.*[e] *circa Idam prouenit, & genus est fruticosum, ramosum, alosum, inuentu rarum, non crebrum, folio laurino lauri latifoliæ, sed rotundiori, ampliorique, ut uel Vlmeo simile appareat, oblongius tamen, colore parte altera herbido, tergo autem albido, neruosoque, tum ibidem neruulis præte-* d. h.3.14 e. h.3.17.

nuibus

nuibus, fibrisq́; tum inter eas propagines, quæ de medio callo, in costarumque speciem adducuntur cortice non leui, sed quasi uitis uestitur, ligno duro, spissoq́; constat; radices per summa graciles, atq; solutas gerit, sed uibratas, flauasque maiorem in modum, fructu, floreque carere putatur, amentum autem, surculum, gemmasq́; circa folia admodum leues, pingues, candidasq́; facie amentacea fundit, præcisa, uel igne de usta, ab imis subnascitur, atq; resurgit.

a. h.3.17. [a] *Colutea Liparæ proprie traditur, arbos magnitudine præstans, fructum in siliqua ferens magnitudine lentis, qui oues mirum in modum pingue facit, nascitur semine, & fimo præcipue ouillo. Tempus serendi cum arcturus occidit, serendum semine præmade facto, cum iam in aqua pullulare inceperit. habet folium non absimile fœno græco; germinat primo unicaulis, triennio, quo quidem tempore baculos decidunt; tunc enim præstantiores esse uidentur, & si ita quis decurtauerit, mox arbor emorietur. haud enim latere plãtigera constat: spargitur deinde in ramos, quartoq́; anno arborescit.*

b. h.9.7. [b] *Comacum ex India, & Arabia deportatur, & ad unguenta idoneum est.*

c. h.4.16. [c] *Consecratix. in Illyride, & circa Atriam prouenit, & laudata quidem cæterisq́; longe præstantior, uerum in feruidis, meridianisq́; locis uelut opposito, copia*

to, copia odoratorum habetur. [a] *floret æstate, & lanaria dicta; flos aspectu pulcher, sed caret odore.* [b] *folium arundinaceum habet, & caulis assurgit.* [c] *& ad unguenta ea utuntur.* a. h.6.ulti mo. b. h.7.12. c. h.9.7.

[d] *Corchorus coquitur, & ob amaritudinem in prouerbio est, folium eius ocimum sane æmulatur.* d. h.7.8.

[e] *Corianum prouentu contumax est, quippe quod si nouum sit nasci recuset, nisi conuoluatur, at ex uetere celerius nascitur.* [f] *radices habet lignosas, non prolixas, neq; fibris multis subnixas semen nudum adhæret.* [g] *genera plura sunt.* [h] *ad perdurandum semen firmius constat.* e. h.7.1.et c.4.3. f. h.7.3. g. h.4.7. h. h.7.6.

[i] *Coriannisum inter olera est, & nudo semine prouenit.* i. h.1.18.

[k] *Cornus medullā duriorem, et spissiorem abiete habet.* [l] *sed fœmina nodosior est.* [m] *syluestris maturior est, & suauior, culturam enim minime patitur.* [n] *& tam in monte, quàm in plano nascitur.* [o] *uerum tam mas, quam fœmina ante fauonium germinare incipit.* [p] *auctu difficilis est.* [q] *quædam mas, quædam fœmina, quam & fœminicornum uocant, folium habet amygdalæ, nisi quod pinguius, crassiusq́: corticem neruosum, & tenuem, caudicem non nimis crassum: cæterum fœmina uirgas paruas, sicut amerina suo latere profert, & fructicosior est, nodos ambæ, perinde ac amerina tum geminatos, tum inuicem congruos habent; materies ma-* k. h.1.9. l. h.1.13. m. h.3.3. n. h.3.4. o. h.3.5. p. h.3.7. q. h.3.12. et h.5.5.

ris excors, totaq; solida cornibus spißitate, firmitateq; similis, fœmina uerò medullam continet, & mollior est, atq; cauatur ob id ad uenabulorum usum inutilis, maris longitudine duodenorum maximè cubitorum, quanta uenabulorum, macedonicorum, longißimorum est. Caudex enim totus nulla excellentia extat, Qui Idam Troianam incolunt, marem sterilem dicunt, fœminam autem fructuosam. Nucleum fructus oliuæ similem habet, gustu dulcis, odoratuq; gratus, flos oleæ, & floret, fructificatq; eodem modo, ut singulari pediculo plura proferat: tempore quoq; fermè conueniunt. At macedones ambas fructificare affirmant, sed fœminæ fructum ingustabilem esse. radices autem modo amerinarum habere ualidas, & nulli perniciei obnoxias: nascitur in humidis locis, nec tantum in siccis
a. b. 5.8. *prouenit semine, atq; auulsione.*[a] *ualidißima uerò est*
b. c.3.1. *ad secandum, sicca enim difficile secatur.*[b] *eius fructus dulcescit, cum humescere, atq; succo abundare inceperit, mitescens enim deterior redditur, atq; in totum ar*
c. c.4.14. *bos ipsa humida, soluta, imbecillisq; fit.*[c] *at cornu contacta incoctilia fiunt.*

d. b.6.3. [d] *Corruda post æquinoctium autumni florescit, & propter aculeos pusillum producit peciolum, ex quo flosculus tandem ipse erumpit, radice large alta, numerosa, eademq; tam crebra innititur, ut pars superna radicum tota connexa, & continua reddatur, ex qua uel*

ipsorum

ipsorum caulium factitatur prouentus, exit caulis de corrudagine uere, ciboq; idoneus est, deinde durescit, florescitq; indies, flos non solum ex hoc, uerum etiam de primoribus emergit caulibus, & annuo constat cau le cortex ex tribus illis constat, ut ex robore, piro, populo.

[a] *Costus ad unguenta aptum.* a. h.9.7.

[b] *Coronea mala extruthea degenerant.* b. h.2.3.

[c] *Cratægus, quam alij Cratægonem uocant, folio mespilæ promisso scilicet est, uerum maiori, latiori, ob longioriq;, nec serrato, quemadmodum illa sit, hæc nec admodum magna, neq; crassa materies ei uersicolor, ualida, flaua, cortex leuis, mespilo similis, radix singularis acta in profundum, magna ex parte fructus rotundus, qui maturescens siccatur, nigrescitq; gustu, & succo mespilaceus, qua propter uelut syluestris me spilus apparuerit, est specie simplex, & sine ullo discrimine.* c. h.3.15.

[d] *Crepis in caule foliata est tantum.* d. h.7.9.

[e] *Crocus radicem carnosam habet.* [f] *& natura her baceus erumpit, folio augusto ferè, nanq; in capilla menti modum foliatur, serò floret, seroq; germinat, aut præmature, utro scilicet modo tempus acceperis: floret quippe Vergiliarum occasu, paucisq; diebus, confestim uerò cum folio, florem quoq; expellit, qui nimo prius.* [g] *radix multa, licet rotunda, carnosa, in* e. h.1.10. f. h.6.6. g. h.7.9.

totum uiuax gaudet calcari, & melius ita euadit, radice attrita pede inferius, ideo iuxta semitas, fonteſquè pulcherrimum exit, ſatus radice fieri aſſolet.
a. h7.10. [a] *erumpit ceu fremium, & ſenecio, & ferè in totum annum germinationem, & floris productionem uidebis.*
b. h.6.7. [b] *Crocum montanum exors odoris eſt, et autumno florere incipit.*
c. c 6.21. 22. [c] *odor uerò Croci in flore eſt, & acris.*
d. c.6.27. [d] *Verum quoniam paruo alimento contentum eſt, ſicut etiam roſa odoratius creatur.*

e. h.4.2. [e] *Cuciofera Palmæ ſimilis eſt, ſimilitudinē in caudice, & folijs repreſentans: ſed differt, quòd palma indiuidua, ſimplexq; aſſurgit. Hæc cum aliquatenus increuerit, ſcinditur, fitq; bifida, iterùmq; horum utrunq; pari modo diuiditur. Item uirgas breues, nec multas profert, cortice ſicuti palmæ ad utenſilium nexus utuntur. fructum peculiarem profert, nam & magnitudine & figura, & ſucco ſingularem, quippe magnitudine fermè, qua manum impleat: rotundum, non oblongum, colore flauicantem, ſucco dulcem, & ori gratiſſimum, non congeſtum, ut palma, ſed per ſingula diſcretum, nucleo magno, uehementerq; duro, ex quo annulos uerſicolores detornant, quibus in ſtragularijs uinculis utuntur. materies à palma plurimum diſtat, altera enim rara corpore, neruoſa, et uiridis: altera ſpiſſa, grauis, carnoſaq;, & cæſa criſpa admodum atq; dura. Perſæ quidem maiorem in mo-*

dum eam præferebant, sed lectorum pedes ea conficiebant.

[a] *Cucurbita semina discreta, atq; distantia habet.* [b] *cui succus aquosus inest.* [c] *& singulis seminibus singulos flores annexos gerit. flos enim in postremo fructus, & crescentibus fructibus, flos diu infixus seruatur.* [d] *seritur mense Martio, & ex recentiori maturius exit.* [e] *infirmius uerò semen est, & multum temporis perdurare non potest.* [f] *immatura uerò permanet, & incommutabilis est.* [g] *cum seritur die tertio exit.* [h] *per coquitur mollitia, & incremento.* [i] *parte superna ampliatur, luxuriaturq;.*

a. h.1.18. b. h.1.19. c. h.1.22 d. h.7.1. e. h.7.6. f. c.2.10. g c.4.3. h h.5.5. i. h.6.18.

[k] *Cucumis semina discreta, atq; distantia habet, sicut cucurbita, & succum aquosum. uide supra.* k. h.1.18.

[l] *Cucumeris atq; cucurbitæ partim genera esse existimant, partim negant, quemadmodum & in radicis, & rapæ generibus, sed in uno, eodemq; genere alias meliores, alias deteriores affirmant. Cucumeris genera tria notant. Laconicum, Scytalium, Bœotium: ex his Laconicum melius rigatum euadit, reliqua non rigata præstantiora sunt.* l. h.7.4.

[m] *Cucumis syluestris urbano penitus incomparabilis est, sed aspectus tantum similitudinem gerit.* [n] *& serotina tam germine, quam flore percipitur.* [o] *radix cucumeris syluestris uitiliginem, & scabiem pecudum tollit, semen uerò liquatum, medicamen elaterium uo-*

m. h.7.6. n. h.7.10 o. h.9.10.

catum,

catum, idest agitatorium facit. legitur autumno, tunc enim optimum est.

a. c.1.10. et c.2.16. [a] *Cucumer fragilis est, & arboris altitudinem capit, in ramosque sese modo uitis arbustiuae diffundit.*
b. c.2.19. et c.3.12. [b] *seminibus in lacte, mulsoque maceratis, dulciores redduntur.*
c. c.3.22. [c] *Cucumeres puluere occultati, nutriri, teneriores redi creduntur.*
d. c.4.3. [d] *cũ seruntur die tertio exeũt, & frigidae, & siccae sunt.*
e. c.5.6. [e] *radices ex pabuli facultate assidue mittunt, & diu durant, & cura adhibita uiuere diu possunt, quamobrem si quis postquam fructificarunt, germina decidat, & radices terra tute operiat, atq; conculcet, rursus ex eisdem radicibus cucumeres depromentur, & multo maturius, quàm qui semine ueniant, quoniam radix iam adest, & terra cõgesta, conculcatamq; tepefaciens satis germen celerius elicit. Nam & tepor ipse non parum confert ad praecoquendam germinationem. Argumentum hoc quoq; euidentissimum, quod si quis hyberno tempore semina cucumeris serat in calathis, rigetq; aqua tepida, & soli exponat, & igni admoueat, ac postea cum tempus seminandi fuerit, totos copbinos demittat in terra praecoques admodum faciet.*

f. h.1.18. [f] *Cuminum semen nudum producit.*
g. h.7.3. et h.9.9. [g] *& foecundissimum, & hoc peculiare de eo dicunt; imprecari namq; & maledicere serendo oportere affirmant, quo laetius,*
h. h.7.4. *& copiosius proueniat.* [h] *cuius plura sunt genera.*

copiosius

[a] *copiosius fructificat inter olera.* [b] *aqua post satio- nem superueniens potius officit, cum alijs prosit.* [c] *scabie, & salsugine perit.* [d] *radicem uerò exiguam penitus habet, nec latescit, sed superiora uiribus omnibus petit.* [e] *& fertilissimum est, cum sit exiguum.* a. h.8.3. b. h.8.6. c. h.8.9. d. c.2.17. e. c.4.16.

[f] *Cupressus procera, & longo caudice constat, tamen macilento.* [g] *& nullam penitus proferre sobolem potest, ut etiam abies, & pinus.* [h] *mas nodosior est fœmina.* [i] *Simpliciori assurgit caudice ad longitudinẽ, sed non multis radicibus, neq; ramis frequentibus patet.* [k] *uiret perpetuo.* [l] *Cæteris in locis semine prouenit in Creta autem insula etiam trunco, ut montosa in Tarra: apud hos enim Cupressus cædua est, quæ ex cæsura germinat, modis omnibus præcisa, nam & ab terra, & parte media, & superna, nusquam loci, uel ex radicibus germinat, sed raro.* [m] *plerumquè cupressum ex fœmina marem prouenire affirmant.* [n] *uerum nullo pacto fimum, nec aquam concupiscit,* [o] *immo emori dicitur, si copiosè nouella adaquetur.* [p] *in Creta insula circa agrum Idæum cupressus extuberat.* [q] *ubi nix nunquam deest, tamen per summa affirmat comperiri.* [r] *In Cyrenensi autem cupressus optimè prodit* [s] *eam quoq; loca feruida magis habent, ut Creta, Lycia, Rhodus.* [t] *cui si detrahatur coma, cacumenquè deciditur tota perit.* [u] *Simulachra ex ea fiunt, quoniam rimas nõ capit, & carnis æqualitate quodammodo constare uidetur,* f. h.1.8. g. h.1.9. h. h.1.13. i. h.1.14. k. h.1.15. l. h.2.2. m. h.2.3. n. h.2.8. et 3.2. o. c.5.21. p. h.3.3. q. h.4.1. r. h.4.3. s. h.4.6. t. h.4.9. et c.5.24. u. h.5.5.

detur, uel quoniam natura perpetua, et diuturnior uidetur.[a] *Huius fructus non id totũ est, quod pilæ speciem*
a. c.1.5. *gerit, sed quod cono innascitur prætenue, exile, et quasi laricis semini proximum, quod pilula sua deiscente dilabitur. et legi proinde non nisi ab experto homine potest.*
b. c.1.9. [b] *auctu difficilis est, quamquam ex ea quædam meatuũ rectitudinem habeat, uerum aut densitas, aut utrunque impedimento est: facit enim & siccitas ne satis augescere possint. adhæc imbecillitas plerisq; in causa est, nam quæ debilia sunt, difficile augeri, nutricariq; possunt, deuinci enim, aut impediri ramos à cælo ambiente haudquaquam oportet, nam & meatus, qui in directum pertendant, uim tam conficiẽdi nutrimentum, quã*
c. c.1.21. *resistendi iniuriæ temporis exeunt.*[c] *uerum cum perpe*
d. c.1.23. *tuo uireat, serò fructum perficit.*[d] *at conis pendentibus semina exiliunt, uasaq; ipsa relinquunt inania.*[e] *Omnia*
e. c.3.9. *ferè quæ in altum extollunt, compescenda agricolæ cen*
f. c.5.4. *sent, præterquam palma, pinus, & cupressus.*[f] *statuæ confectæ ex cupresso cælo austrino humectoq; exsudãt, quæ quidẽ prodigia, & ostenta esse creduntur.*
g. h.7.13 [g] *Cyix ad Bulborum genus redigi desiderat.*
h. h.1.9.et c.5.6. [h] *Cytisus medullam duram, spissam, & nigram ha*
i. h.4.5. *bet.*[i] *& fruticosa est ueluti hebenus.*[k] *uicinis alimen*
k. h.4.20. *ti, rapina impedimento est, omnia enim adnascens ene cat.*

Desiderim

D



Esiderium [a] *flos aestiuus est, ut Lucernula, Iouis flos, Cerinthus, Iphium, Sam sucum, Phrigium; Eius genera duo sunt. Unum, cui flos hyacinto similis, alterum decolor, album, quo in sepulchris uti mos est, & diuturnius uerò id ipsum est.* a. h.6.ulti

[b] *Dictamum Cretae insulae proprium est, ui mirabile, & ad plura perutile, sed ad partus mulierum potissimum pollet; folio glechoni simile constat, nec sapore absimile est: ramulis tenuioribus conditur: usus foliorum non ramorum, nec fructus est, ualent ad multa, sed praecipuè ad difficiles partus mulierum, ut dictum est; aut enim facile posse parere faciunt, aut certè dolores penitus sedant, dantur bibenda ex aqua. Rara haec herba, locus enim, qui fert, exiguus admodum est: eumq; Caprae depascunt capessendae causa uoluptatis. Verum etiam quod de telis fertur, affirmāt. Capras enim sagitta transfixas, dictamo deuorato telum eijcere. Dictamum tale est, uiresq; eiusmodi possidet. Falsum dictamum folio quidem simile constat, sed ramulis minus, & uiribus longè inferius; quamquam enim eisdem in rebus prosit, tamen multo deterius, atq; debilius. Vis dictami in ore percipi continuo potest, excalescit enim ex paulo uehe-* b. h.9.16

K mēter;

menter; manipulos in ferula, aut canna intercludere solent, ne experiret, imbecillius enim cum expirauerit. Non desunt, qui naturam dictami, & falsi dictami eandem esse existiment, sed quod locis lætioribus exeat, degenerare, falsumq; cognominari, sicut etiã alijs pluribus euenit, ut uiribus deterioribus ex loco reddantur. Dictamum enim solum asperum uehementer amare inquiunt. Est etiam aliud Dictamum, uelu ti æquiuoce appellatũ, nec enim speciem, nec uim habet eandem, quippe quod folio simili Sisymbrio constet, & ramis condatur maioribus. Usus item, & uis non eisdem conueniunt. hoc igitur (ut dictum est) mirum, simulquê proprium Cretæ insulæ datur.

a. h.7.11. [a] *Dracunculi radix (sunt enim, qui genus quodam dracunculi arum appellent, quòd eius caulis uarietatem habeat quandam) cibo inepta penitus est, & medicis tantum commoda,* [b] *Item radix data ex melle, utilis quæ tusses sanare posit; caulem uersicolorem serpentis speciem repræsentantem gerit, eius semine nulla in re uti solent.*

b. h.9.22

c. h.5.7. [c] *Dolatilia ligna sunt, quorum partes exteras circum dolant.*

d. h.1.16. [d] *Dripis in genere spinoso est, loco enim folij spina oritur.*

e. h.4.17. [e] *Drupæ oleæ uermes generant, nascuntur enim in*

his,

bis, qui ad lacturam peiores certè deprehenduntur, & marcidi, putresq; omnino uidentur. Hinc & austrinis nascuntur, & riguis magis. [a] *Verum drupas putredi ne statuunt; oleum uerò non nisi ea ipsa succi mutatio ne creatur; quod quia difficilius sit, non temere dixe rim, à calore confici ampliori: statimq; dum succus mi nus parti aquosæ, terrenæq; permistus est. Igitur ante arcturum ambo illa contingunt. Est enim & tempus feruentius, & succus purgatior. Contra autem post arcturum, pulpa enim tum augescit, atq; perficitur. co piam uerò olei non alimenti ubertate, neq; in pleno cor pore oliuarum collocandam esse, multis rationibus con stat. Imbres enim minus olei faciunt, & riguæ oliuæ deterius fundunt, quibus, quia caro multa, nucleus paruus. Hæ parcissime præstant oleum, ceu phau liæ, tanquam uires hac in parte naturæ deficiant, nec uerò in locis frigidis olei copiam largiuntur, sed car nis, quod quæstionem utiq; citat.* a. c.6.11.

E

a. h.1.8. Benus [a] grauis est, ut buxus, quæ ne arefactæ quidem leues redduntur. [b] medullam
b. h. 1.9. 5.4. duram, & spissam, & nigram habet, sicut Cytisus, cornus, robur, & aliæ. [c] Verum Ebe-
c. h.5.5. nus natura perpetua est. [d] lignum Ebeni aspecto buxo
d. h.9.22. simile constat, sed decorticatum nigerrimum redditur, utile oculis ad cotem tritum. [e] nascitur in Græcia; &
e. h.4.5. duo eius genera constant, alterum materiæ laudatum, pulchrumq;: alterum uile, uitiatumq;; rarum quod præstantius, reliquum permultum habetur, colorem commendatum, non re condita, sed statim sua natura capescit: fruticosa est Cytisi modo.

f. h.6.2. [f] Elleborus in uere germinat, radice alte descendit, caule ueluti Mandragora, Cicuta, Albucum constat. [g] succidi autem æstate, aut autumno oportet. El-
g. h.9.8. lebori imus, atq; tenuiores, supernam enim in caput extuberantem inutilem asserunt, & canibus dandum, cũ
h. h.9.10 purgandum est. [h] Verum Elleborum non solum radice, sed etiam fructu utile est. Siquidem in Anticyra (ut fertur) fructu eius purgantur, quem Sesamaceum fert.
i. h.9.11. [i] Elleborus uerò niger, & candidus, ueluti æquiuoce dici apparet, sed de facie uaria sententia est; alij enim similes esse aiunt, præterquam quòd radices colore inter se differant: esse nanq; alterius candidam, alterius

nigram: alij folium nigri laureum, candidi poraceũ red dunt, radices autem similes colore excepto. Qui similem dicunt formam huiusmodi tradunt. Caulem modo prope albuci, sed longe breuiorem; folia continuo radici annexa, sparsaq; humi radicem large multiplicem quæ scilicet prætenues constent, atq; utiles sint: nigrum equos, boues, suesq; necare affirmant, & idcirco eum cauere: candidum pecudes nimirum uesci, atq; hinc primo uim deprehensam, cum illo pecudes purgarentur: Tempestiuus autumno, uere autem intempestiuus. Verum Oetæ montis incolæ prope Pileam eo tempore legunt, plurimus enim optimusq; eo prouenit loco, non tamen ubiq;, sed parte una tantummodo Oetæ, quam Pyram uocant: miscetur in potione, ut uomitio bene succedat Elleborinæ semen, hæc herbula quædam est. Niger ubique nascitur: nam & in Bæotia, et Euboea, & multis alijs locis, sed optimus Helicone, ac in totum is mons medicaminibus laudatur: at candidus locis paucissimis exit. Optimi uero & usitatissimi quatuor sunt, Oetus, Ponticus, Eleaticus, Massalioticus: nasci eleaticum inter uites aiunt, & uinum usq; adeo reddere prouocans urinam, ut omnes, qui bibunt, graciles admodum uentre adducto efficiantur; omnium tam eorum quam reliquorum optimus est Oetæus, Parnasius uero, & Aetolicus eo quoq; in loco proueniũt, & quidem multi & emunt, & uendunt, ignari durita

tis,

tis; summæq; difficultatis eorum. Hæc igitur quamquiam forma conueniant, uires tamen proprias sortiuntur, nigrum uerò ab eo qui comperit, & primo succidit, melam podium quidam appellant, quo & domos lustrant, & pecora purgant, quadam cum incantatione, atq; ad alia complura utuntur. [a] *Anticyrenses fructum Sesamacei Ellebori dare solent, qui sesamæ similis est.* [b] *Elleborus nascens in Oeta monte melior Parnasico est, ualidius enim esse illud putatur, minusq; aptum medicamini: causa quamobrem ualidum ita sit, similis atq; in fructibus. Aeris enim duritiem, nutrimentiq; largitate grauitas in eo quoq; tractu sicut in Bœotia prouenit. Porrò alius ager ad alias uires idoneus est, quemadmodum in fructibus quoq; perficiendis animaduertimus. sunt etenim loca, quæ nec excoquere quidem ullo modo uires medicas ualeant, quippe multis in locis & niger Elleborus, & aliæ radices hebetes, imbecillesq; comperiuntur, unde credi haud temere possit aere frigido, & solo aperto, atq; etiam alimento modico opus esse, & quidem uenena in montibus plurima nasci uidentur, & in ijs maximè, qui altissimi sunt, atq; amplissimi.*

a. l.9.14

b. c.6.20.

[c] *Elium inter coronarias numeratur, sicut rosa, Viola, Iouis flos, samsucum & cætera, quæ omnia surculosa, minutisq; condita folijs constant, fructicesq; proinde redduntur* [d] *flores semine exeunt.*

c. l.6.1.

d. l.6.7.

Ensis

[a] *Ensis radix dulcis de cocta est, & trita farinæ admista panem dulcem, atq; innoxium reddit, rotunda hæc est, & sine cortice, Capillamentis Gethyi non fibrata, per multas iuxta eam Scolopendras reperiunt, gaudent enim ea herba, frequentesq; congregantur in eam.* [b] *Hæc Ensis, uel pugio (ut quidam uocarunt) ad ensis effigiem exit, unde & nomen herbæ impositum est, germinat à semine.* a. h.7.11. b. h.7.12.

[c] *Enthusicum inter olera reponitur.* c. h.7.7.

[d] *Epimetrum penitus flore caret.* d. h.7.8.

[e] *Ephemerum, uide Aconitum.* e. h.9.16.

[f] *Equapium perpetuo uiret, & amißis reliquis cacumine tamen perdurat, ut Apium, & Origanum.* [g] *generatio ex lachryma fit, ut etiam lilium exire uidetur.* [h] *Corticem Raphano proximum habet.* [i] *radicem carnosam, ut Betæ, & Apij.* [k] *equapium folijs uicinum Paludapio est, sed hirsutum, & grandicaule constat, & radicem crassam modo raphani agit, sed nigram, frustum quoq; nigrum producit, magnitudine eruo ampliorem, utile ad difficultates urinæ, ex uino dulci albo, & ad pellendos calculos, nascitur omnibus locis, & lachryma ex eo myrrhæ similis defluit; Quidam in totum myrrham id esse affirmant.* [l] *uerum lachryma in radice est. fructum puniceum fert, quod nigrum oritur.* [m] *radices, & caules dulces sunt, & aptißimi cibo, folia non item. Causa in ea est,* f. h.1.15. g. h.2.2.9. 1. et. c.11. 5. h. h.7.2. i. h. 7.3. k. h.7.6. l. h.9.1. m. c.6.16.

quòd

quòd superiora humidiora sunt, atq; dilutiora, ut omnium paluſtrium: una enim & aquoſa sunt, & tenuia, & excoctione carent, cui efficere saporem datum eſt, radix tamen & caulis, quia minus habent humoris dulcedinem obtinere aliquam poſſunt, aut è contrario, ſuperiora nimium, ut graminis, & illorum, quæ Arundinacea ſunt. Sapor uerò neq; in humiditate, neq; in ſiccitate nimia conſiſtere. poteſt, ut in Apio, & Equapio animaduertitur, radices enim eorum carnoſæ ſunt, grataq; palato, folia ſicciora ueluti acriora, & ſic de cæteris.

a. h.9.13. [a] Equeſtris radix mederi ulceribus poteſt, in melle; ſitim quoq; extinguit, ſi teneatur in ore, ut etiam ſcithica.

b. h.6.2. [b] Equifeniculum ferulaceum, & neruicaulium conſtat, ut fœniculum, ferulago, herba muralis & cætera.

c. h.1.23 [c] Erica fructum cacumine fert, ſicut Piræa, & Amerina.

d. h.1.9. [d] Erucæ pro corporis ſui ratione altius quàm arbores radicantur, & lignoſæ ſunt.
Idem.h.7.3
e. h.7.1. [e] Seruntur cum hyberni principium poſt æſtiuum ſolſtitium ſit, menſe Iulio, quo braſſica, radicula, & aliæ.
f. h.7.4. [f] Erucæ generis differentias omnino deeſſe uolunt.
g. h.7.6. [g] ſemina firmiora ſunt ad perdurandum.
h. c.2.7. [h] Verum cum aquis ſalſis rigātur, meliores euadunt, ſicut etiā braſſica, beta, & ruta.

Eruum

[a] *Eruum siquis uere serat. (temporum enim ratione semina immutantur, ut leuiora, facilioraq; reddantur) facile, gratumq; exit, non graue, quemadmodū si autumno seratur.* [b] *ex leguminibus sero, & ferè satu maturo, seruntur Eruum, & Cicer.* [c] *flores diuturnissimos producit, & pars infera floret, quæ cum desierit proxima incipit, atq; ad supernam itur successu assiduo, qua de causa multa ex eruis euulsa parte ima defluxisse cernuntur, superna uerò penitus esse uiridia.* [d] *Caulis in latus potius tendit.* [e] *uerum Cicer, lens, faba, eruum, coloris, saporisq; ratione differentiam faciunt, candida inter omnia dulcedine præstant, sicut eruum, lens, cicer, & cætera. Verum eruum, & pisum intersepta, & quasi inuicem contingentia constat, & siliquæ Cylindratæ potius apparent.* [f] *Cicer, & Eruum omninm maximè durant.* [g] *fructus rotundi modo piperis.* [h] *inter aliqua plurima innascuntur, & propria eorum putantur, exempli gratia, Eriuanga Erui, & lappa lentis, quòd altera Eruum potissimo uincat causa imbecillitatis, altera inter lentem maximè coalescat, quæ quidem Eriuāgæ proxima est. Etenim par imodo aggreditur, & herbam totam, ueluti brachijs capessit, nec secus angit, atq; obstrangulat.* [i] *erui fructus ligno constat, & difficile admodum confici potest, flos celerius exit.* [k] *Eruum serere inter radices consueuerunt, contra papiliones, & quicquid eius*

a. h.2.5.
b. h.8.1. lib de.c.4 12.
c .8.2
d. h.8.3.
e. h.8.5.
f. h 8.10. et 11
g. h.9 22
h. h.8.8.
i. c.1.16.
k c.2.25.

L modi

a. c.3.15. *modi alijs præsidio adhibetur*[a] *inter braßicas etiam, ut ab erucis defendatur.*

b. h.1.6. [b] *Eringium folijs aculeatis constat, ut Acanum, & Enecum.*

c. h.1.18. [c] *Euboicum semine crusta obducto constat, ut glãs.*

d. h.3. ultime. [d] *Euonimus arbor dicta nascitur cum alibi, tum in Lesbo Insula monte Orcynio, cui nomen Ordino, magnitudine mali punici, atq; folio eiusdem maiori, quàm Vincaperuinca: & molli, ut punica; germinare mense Septembri incipit, floret in uere, flos colore albæ uiolæ similis, odore infestus, uelut cruorem inferens. fructus cum putamine siliquæ sesamæ proximus, intus solidus, præterquàm quòd in uersus diuiditur quaternos. hic pecus enecat gustatus, quin etiam folium idem facit, & potißimo capras, nisi purgentur, interimit: Purgantur autem anocho.*

F



Aba [a] diutius floret. [b] Quadraginta namq; diebus florere prodita est, sed alij subinde alio, & alio emergente, florere assignant, particulatim enim florere aiunt, alij simpliciter referunt, flos enim uniuersim leguminibus omnibus particulatim emergit, at Faba, cæteraquè legumina non eodem modo mittere consueuerunt, sed eadem ex parte radicem fundunt, & caulem, qua etiam nexus siliquarum consistit, inque ea ueluti principium quoddam germinandi haud quaquam obscurum, quod in quibusdam uel ad mentulæ formam effigiatum sanè inspicere possis, ceu in faba. Singulam habet radicem, sicut & cætera legumina. [c] Ex leguminibus faba (ut ita loquar) maximè maturè seri exposcit, hæc enim suæ debilitatis gratia radicationem hyeme anticipare desiderat, uerum cum cætera legumina quarto die, aut quinto exeant, faba inter dies plures exit. [d] & inter legumina sola potissimum erecto caule constat. [e] Verum siliquis eminet. [f] alijs molesta minime est, tum etiam tellurem raritatis suæ, ac putredinis causa stercorare putatur. ob id qui circa Macedoniam, atq; Thessaliam colunt, cum fabæ florent, arua inuertere consueuerunt. [g] germinant non celeriter, & reseruari possunt. differt etiam rus à rure, & Cœlum à Cœlo ad semi-

a. f. 7. 3. et fere tot c. 4 11.
b. h. 8. 2.
c. h. 8. 1. et c. 4. 8. & h. 8. 6.
d. h. 8. 3.
e. h. 8. 5.
f. h. 8. 9.
g. h. 8. 10.

a. idem c. 4. 2. 17. num corruptionem, conseruationemq́;.[a] nã apud Apolloniam Maris Ionij faba nullo pacto corrodi aiunt,
b. c. 2. 18. ideoq; reseruandam reponi.[b] si uerò faba, & aliud quicquam minus fructificet, imbecillitati certè tribuendum est: qua de causa maturius hæc serere solent, ut priusquam hyems sit, radice concipere ualeant. faba
idem c. 3. ultimo. tamen adeo detrimentis multis, frequenterq́; obnoxia, ut quãuis mature prouenerit, tamen perfici plerumq́; non poßit imbecillitatem eius uel sensu percipere licet, est enim corpore soluto, eualido, nec radice numerosa subnititur: quas ob res à quauis causa offensa transfigi
c. c. 3. 20. facile potest.[c] interserere fabas, & ordeum uitibus, dum plantæ sunt, placet, quoniam hæc exiccare omnium præcipuè poßit.[d] solum leue faba amat.[e] quæ-
d. c. 3. 26.
e. c. 4. 13. rendum nunc est, quamobrem semina coctilia, & incoctilia fiant, an ratione aeris, an agri, an certæ affectionis; fabis enim an lentibus id potißimum euenire uidemus. fit sæpè ut ager alias coctilia, alias incoctilia ferat, tametsi eodem modo colatur, & ex continuis segetibus sulco tantummodo arcente, altera coctilia, altera incoctilia. Hæc & plura in lib. de Causis iiii.
f. c. 4. 14. cap. xiii.[f] narratur autem caulis eiusdem alias coctiles esse, alias incoctiles, necnon in eadem siliqua idem euenit, ut quidam referunt, si uerè aiunt, etenim fieri potest, ut alia ualida, alia inualida sit fabæ infirmitatis argumento, uel illud potest deduci, quòd sola

mutare

mutare suum colorem uidetur, ut nigra ex candidis efficiatur, concretionem uerò condensationem esse ut frigoris, quae incoctilia reddat, testificare illud quoq; uidetur, quod apud Philippos euenire fabis solitum est. flatus enim in eo loco uehementer frigidus est, & fabae incoctiles plereq; afficiūtur, at si in paleis torrefactis in area relinquantur, nihil se mutant, sed incoctiles permanēt, cum enim à paleis, tum suo mutuo contactu teguntur, simulq; terrae calore conseruantur; contra si exaltentur, sublimesq; capiantur, flatus amplius ualet, nulloq; tegmine defendente facilè subit, atq; coagit, tū etiam despoliatae tunc primis suis paleis, & calore circumplectente destitutae infirmissimae fiunt. magna autem commutatio mouere plurimum potest; sed si postquam tempus praeterijt, & quasi firmius sibi iam constitere, diuentilentur, nullam offensam ex flatu capiūt. Iam enim, & putamen ambiens, id robustius factum est: incoctiles autem effici, si diutius relinquatur sub diuo (ut quidam aiunt) ratio est, plus enim quam modicum sit refrigescunt, simulq; indurantur. Huic proximum quodammodo est, ut pluuia, quae protinus à satione secuta est, incoctilem reddat; quod enim in pullulando infirmum inuenit, rigere uehementissimè facit, quod quidem ad cocturam non ad exortū enoxat. Haec & plura Theophrastus in lib. de Causis iiii. cap. xiiii. quae poteris uidere, cum libet. [a] faba inter legumina a. c.415

gumina magis eruginem sentit; tum quia folia multa undiq; gerit, tum quia densa obseritur, tum etiam quia humorem maxime ad se trahit sua raritudinis causa, ad de quia fructum terræ proximiorem gerit; patrescunt enim inferiora potissimum, quoniam minus perflantur. a. c.4.17. [a] *tunditur celerrime.* b. c.5.21. [b] *fabarum putamina radicibus fabæ, aut germinibus opposita, uitam penitus tollunt, non tamen omnibus, sed ijs, quæ nuper prosiluere, ut pote imbecillioribus, quod ea de causa hæc facere possunt, quia sua duritia, siccitateq; alimentum partim trahendo, partim arcendo auferunt, alimento etenim destituta protinus moriuntur.* c. c.6.19. [c] *cum autem uirides sunt mandi possunt, reddunt & saporis aliquam suauitatem, hoc est propter commistionem aquosi humoris: cum autem siccescunt humoris temperie sublata, ingustabiles relinquuntur, sicut etiam & germina uitiũ, & stipitum, & ciceris, & aliquorum.*

d. h.4.2. [d] *Fabæ Græca materiem robustam, et uisu gerit decoram, atram, ut persea arbor.*

e. h.4.10. [e] *Faba Ægiptia in paludibus, stagnisq; exit, caulis eius qui longissimus quaterna cubita perficit: Crassitudo digitalis est, similis calamo molli, non geniculato, rimas intrinsecus habet tendentes per totum lilij modo, caput super hunc fauo orbiculato uesparum non absimile, inq; singulis cellis, singulæ fabæ continentur paululo super id eminentes, multitudine plurimum*

terdenæ;

terdenæ; flos duplex, quàm papaueris; color roſeus in plenum caput: ſuper aquam folia ad ſingulas fabas amplexa exeunt: fabam quamque conterenti amarum illud, ex quo pillula fit, inflexum pateſcit. fructus ita ſe habet, radix craßißima harundine plenior, rimas ſimiliter atq; caulis habens: manditur & cruda, & elixa, & aſſa; eoq; cibo, qui incolunt paludes, utuntur. Naſcitur itaq; ſponte uel plurima: cæterum & ſeritur in limo, paleis large admiſtis, ut deſcendat, incorruptaq; maneat, ſicq; fabeta faciunt; ſin autem ſemel apprehenderit, perpetuo manet, radix enim ualida eſt, nec procul harundinum ſtirpibus, uerum ſpinis ſubhorrens: quamobrem Crocodilus eam refugit, ne occurrens oculo offendatur, quoniam acutè non uidet. Naſcitur hæc etiam in Syria, Ciliciaq;, ſed tractus ipſi non plenè conficiunt; & Circa Toranam agri calcidici quodam in lacu exit, magnitudine mediocri, ubi & percoquitur, & perficitur, & in plenum fructificat. Sic etiam & lotus, ut ſuo loco dicemus.

[a] *Febrifuga loca algentia quærit, ut Abſinthium.* a. h.4.6.
[b] *Fellis terræ ſuccus amarus eſt, ut Absinthij.* [c] *uerum decem, uel duodecim annis utilis eſt.* [d] *cultum nullum deſiderat, immo deterius redditur, & aquoſius, ut Abaſinthium, uerum omnino uis omnis medica, uel radice, uel fructu, uel ramo reſpondent ijs, quæ in guſtatu quandam uehementiam mõſtrant.* [e] *non perfe-* b. h.1.19. c. h.9.14. d. c.3.1. e. c.6.4.

ctè

ĉtè fructificat, & minus amarum propter saporem ingenitum. Notandum est, quòd aliquando quæ sunt gustu suauia, aut certè facilia interimunt, contra. plerâq; insuauia, & amara iuuant, ut fel terræ, & Absinthium, & quæ uenenosiores gustus importat.

a. h.3.6. b. h.3.7. c. h.3.9. *[a] Fagus paulo ante æquinoctium germinat. [b] auctu facilis est. [c] fructus inter glandiferas dulcißimus est, quamquàm syluestris, fagus scabra montosis nascitur. genera roboris alij quaterna, alij quina aßignant. Cæterum nonnulla nomine discrepant; ut eam, quæ glandem dulcißimam fert, alij Quercum, alij placidam uocant. Quod idem etiam in cæteris faciunt. At ut Idæi diuidere consueuerunt, genera hæc roboris habentur. Placida, Cerrus, latifolia, fagus, salsi cortex, quam alij recti corticem uocant, Omnia fructifera, sed dulcißima glans fago, ut retulimus, secunda placidæ. Tertia latifoliæ, quarta Salsicortici. Vltima & amarißima Cerro: sed non singulis cuiusq; generis dulcis, sed etiam amara nonnullis, ut in genere fagi uidere licet. Distant etiam magnitudine, figura, coloreq; glandium, peculiare fago, & salsicortici, quod ambæ in genere dicto uirili, glandes parte postrema utrinq; lapidescunt, alijs in putamine, alijs in carne ipsa, adeoq; detractis lapillis, concaua perinde, atq; in animalibus relinquuntur: folio quoq;, caudice, materie, totaq; specie distant; nanq; placida, non*

erecta,

erecta, nec leuis, nec excelsa est: quippe quæ corpore in orbem comoso, contorto, sinuosoquè stet, ut nodosa, alosaq; assurgat, materies robusta, uerum infirmior quàm fago. Hæc enim robustissima, putrediniquè nulli obnoxia est, sed nec ipsa erecta, quam quam minus torta, quàm Quercus, caudice uero crassissimo constat, ut tota quoq; breuis species reddatur, nam eius etiam corpus in orbem comosum, minimèq; erectum est. [a] *fagus glandem rotundam producit.* [b] *uerum uita longior est, & durat maximè. referunt enim fagos Troiæ super tumulum Ilij uetustissimas esse.* a. h.3.10. b. h.4.14.

[c] *Fœminifica herba, & marifica ad procreandum marem & fœminam ualere traduntur, unde nomen acceperunt, ambæ inter se similes, & ocimi speciem gerentes. fructus fœminificæ modo musci oleaginei, uerum pallidior, marificæ uerò sicut oliua cum primum ex musco emergit, geminus modo testiculi hominis, ne semen fœtificum sit, fructum hæderæ candidæ facere aiunt, contra, ut prolificum sit, fructum cratei ex aqua notant; nascitur id lini modo ruffum, & fructum tanquam milium fert. Gignere nequaquam posse putatur, & qui semen uolucri collectum modo sextarij triginta assidue diebus portionibus æquis biberit ex uino albo, sic enim penitus sterilescere hominem aiunt.* c. h.9.19.

[d] *Fœniculum nudo semine constat, ut Anetum, Coriannum, & Cuminum.* [e] *succus suauem olentiam* d. h.1.18. c. 7.3.

M *præstat.* e. h.1.19.

a. h.6.1.2 *præſtat.* [a] *& ferulaceum, & neruicaulium conſtat.*
b. c.6.13. [b] *ſenſum autem illum odoris, qui guſtatu percipitur, non temere adiungi genus olerum indicat, quod agnomen à gratia palati accepit, ceu Anetum fœniculum, Iris, & reliqua generis eiusdem.*

c. h.3.17. [c] *Fœnum græcum folium habet non abſimile colu-*
d. h.8.8. *teæ.* [d] *Et unicaule conſtat, ut Cuminum, & Anetum, & non abſimili caule ſurgit, uerum longe breuiori, & modo capitis ſuperne quiddam gerente, radice autẽ ſubrotunda innititur, nullum Fœno græco excepto inareſcit ſolo tenui, nec ullo pacto pingui hæc prodeũt.*
e. c.5.22. [e] *Limodorum Fœnum græcum interimit protinus radi-*
f. c.6.23. *ci adnaſcens.* [f] *euenit, ut inter herbacea, quæ uiridia ſint, nihil oleant præter humorem, ſicca autem oleant, ut Fœnum græcum.*

g. h.1.4. [g] *Ferula ex neruo, humore, & ex carne conſtat, cum enim dureſcit in lignum tranſit, ut etiam palma.*
h. h.1.10. [h] *medullam carnoſam Ferula habet, & ſolutior habe-*
i. h.6.1. *tur ut arundo.* [i] *uerũ nerui caulis conſtat, ut fœniculũ,*
k. h.6.2. *& ferulago.* [k] *Ferula grandis admodum ſurgit, ferulago autem humilis, ſed unicaules, ambæ geniculatæ ſunt; folia & caliculi quidam geniculis erumpunt, ac alternatim exeunt, folia alternatim inquam, quòd non ex eadem parte geniculorum, ſed permutatim caulem magna ex parte amplexa, ſicut arundinea proueniunt, niſi quòd deflexa hæc magis, molliue, magnitudiniſq;*

cauſa:

causa: folium enim grande, molle, multifidum, ac capillamenti modo ferè inspectetur, maximaq; terræ proxima, & reliqua subinde ad portionem, flos mellinus, semen obscurum aneto simile, sed maius finditur cacumine, inq; stipites quosdam haud magnos dispergitur, quibus flos, semenq; insidit, nec flore, fructuuè laterales caules carent, sed modo Aneti ferunt, annuo caule constat. & germinatio in uere primum foliorum, tum caulis, ut etiam in cæteris fieri solet. radice altè descendit, eademque singulari innititur. Talis ferula est.

[a] *Ficus arbor est ab radice caudice simplici, ramosa.* [b] *nodosa, surculosa, ut facilè dissolubilis assurgat, sicut etiam olea, & uitis, uerum aliquando caudices multifidas ficus, & olea dimittere assolent.* [c] *Circa agrum Elephantium, neq; ficis, neq; uitibus folia decidere aiunt.* [d] *caudice breui fici contortiores sunt, & carnosi caudices, & medulam carnosam habent.* [e] *radices multas, & longas, & obliquas, & hac de causa expedita, facilique semita carent.* [f] *Serotinæ fici antequam fructum percoquant, folia deperdunt, ut Piri Syluestres.* [g] *Folia lanciniata, & (ut ita dixerim) cruciformia habent.* [h] *& ex neruo, & cortice, & carne constant, ut etiam uitis.* [i] *semina congesta putamine aliquo & tunica continentur granum uerò ficarium commune quasi omnibus est, sicut & uinaceum, & quæ his similia. ex nouellis surculis fructificant fici, et*

a. h.1.5.
b. h.1.13
c. h.1.6.et c.1.12.
d. h.1.8.
e. h.1.19. idem 1.11.
f. h.1.15.
g. h.1.16
h. h.1.17
i. h.1.18.
k. h.1.23

 uites

a. h.1.19. *uites.* [a] *humor ſucco lacteo ſimilis.* [b] *ſunt & urbanæ,*
b. h.1.24 *& syluestres, ſed syluestres plurimum nomine carent; urbanæ plurimum nomine ſuo noſcuntur; Illud quoquè in utroq; genere proprium, Syluestres enim mare, & fœmina uel ſolis uel præcipuè diſcernuntur, ſed urbanæ generibus pluribus constant, quorum alia inuentu, numeroq; facilia, alia difficilia ſcilicet cauſa uarie*
c. h.2.1. *tatis.* [c] *uerum ficus omnibus modis emergit, præter-*
d. h.2.3. *quàm ex ramo, & ſurculo.* [d] *degenerant autem, & ex grano ficario nullum penitus genus procreatur, ſed ca*
e. h.2.4. *prificus tantum, aut ficus syluestris erumpit.* [e] *ex fico*
et c.2.12 *in caprificum fit mutatio, ſicut etiam ex caprifico in ficum. Sed de fico in caprificum deterius fit, uerum poma auerſa, ramulis fert.* [f] *in radicando præcipua, &*
f. h.2.7.
et c.2.9. *ſatione qualibet maximè inter omnes arbores est, & longe distantius ſerere uolunt: pro loci quoq; ratione interualla relinquendum, in montanis enim minora, quàm in campestribus: Omnium autem (ut ſic dicam) maximum, ut ſolum commodum, conueniensq; cuiq; tribua-*
g. h.2.8. *tur, tunc enim præcipue quodq; uiget.* [g] *Ficus cum rigatur, magis germine uiget, ſed fructum deteriorem parit, præterquàm laconica, quæ riguis. uehementiſſimè gaudet. purgari omnia quærunt, melioraq; redduntur exemptis aridis, tanquam alienis, quæ tum incrementa, tum alimenta impediunt. ficorum non ſolum radices amputant, uerũ etiam abducto cinere obſtruũt,*

&

& passim caudicem scindunt, itaq; fructum copiosius dari affirmant. [a] *ficus omnium maxime fructum antequam coquat, amittere potest.* [b] *fructus protinus ostendit, sicut una species Iuniperi, & uere germinat.* [c] *ad ortum arcturi post uernum, ex cacumine, & latere germinat, ut pirus, punica, myrtus.* [d] *ficus grossos praeciduos, & caprificos, si quae inter ficos caprificare consueuere, nisi forte pro genere fructuum haec cepisse oporteat.* [e] *Ficus fructificosa, nec excelsa, sed crassa, ut uel cubitali ambitu sit, ligno contorto, lento, inferius leui, nulloq; ramo superius, gyro comato, colore tam folij quàm corticis liuido figura, folijs tiliae similis, mollia quoq;, lataq; sunt, magnitudine similia: flos mespili, & cum mespilo floret: fructus, quem ficum appellant, ruffus, magnitudine oliuae, sed rotundior, gustu mespilaceus crassas radices agit, ut ficus urbana, lentasq;, nunquam haec putret, & cor solidum, non mollem medullam continet.* [f] *in ponto fici multae magnaeque, & punicae amplae opacitatis habentur, quin & piri, & mali permultae, & uarij generis maiorem in modum, bonaeq; frugis, & uernae, praeterquàm si quae serotinae,* [g] *Ficus etiam in mari traditur, folio caret, nec magnitudine praestat, color tritici puniceus.* [h] *uerum syluestres ficus urbanis longiores uita sunt.* [i] *Sed morbi plures eueniunt urbanis quàm syluestribus, at commune uermiculatio, syderatio, radicatio:*

a. h.2 9. et c. 2. 11
b. h. 3. 6.
c. h. 3. 7.
d. h. 3. 8.
e. h. 3. 17.
f. h. 4. 6.
g. h. 4. 7.
h. h. 4. 14
i. h. 4. 16.

a. c.5.11. tio: omnes enim feré. [a] uermes etiam gignunt, sed quædam pauciores; quædam plures, ut ficus, malus, pirus. minimé autem (ut simplici ratione dicam) acres, & succo uehementes lacteo uermiculantur, eodemq; modo syderantur. magis autẽ nouellis, quàm uigentibus id accidere solet, & omniũ maxime Fico, & uiti: ficus maximé radicationẽ cradicationemq; sentit. Vocant radicationem, cum radices inarescunt, marcescuntque; Cradicationem cum rami: Crados enim ramos ficulnos quidam uocant, unde & morbo nomen. [b] Ficus la-

Vide Caprifi.

b. h.4.16 borat, & si imbres nimij fuere, sic enim ad radicem quasi glabratur, quod quidem uitium aulam appellant.
c. h.4.17 [c] Gignuntur & culices in fico, & ex arboribus præcipué infestatur, [d] sed cortice detracto plus temporis, tamen interit. [e] rara etiam corpore est, ut Sambucus, malus, & Laurus. [f] ualida est etiam ad pondus sustinendum, sed in rectum pertendens. [g] Fumi acerbissimi sunt fici, uide Caprifi. in capitulo citato. [h] uerum nõ modo auulsione, sed etiam summis ramulis pullulare facile queunt ficus, & uitis, [i] sed non solum auulsione, radice, & ramulo prouenit, ligno etiam prægrandiq; ramo exurgere potest, sicut etiam & uites, cuius generis partes mediæ, siccæ, lignosæq; sunt. [k] Punicam, & Ficum, quæq; bis sicciora protinus inserere solent. [l] ueruntamen, ut uidemus in animalibus, mares non ita cito crescere, ut fœminas, sic etiam in arboribus,

d. h.4.18.
e. h.5.4.
f. h.5.7.
g. h.5.10.
h. c.1.2.
i. c.1.3.
k. c.1.6.
l. c.1.9.

quas

quas quidem natura humidiore, solutioreq́; creari nulli dubium est, ut puta, punica, Ficus, & uites auctu faciles, palma, & cupressus, & laurus, & pinus, et olea difficiles.[a] inculta priusquam culta germinare incipiunt, ut ficus, uitis, malus, olea, & reliqua, quoniam calorem amplius ualeant retinere, cum non fodiantur, neq; radice mundentur; calor etenim est, qui ad generandum mouere arbores solet. adde quòd nulla superioribus partibus plaga illata est, dum aut rami deputarentur, aut fructus decerperentur: acceptum etenim uulnus facit, ut arbos laboret, frigeat, contrahaturq́; in exiguum.[b] succus ficorum lac contrahit, Caprifici minimè, aut praue.[c] omnia ferè, quibus fructus humidus, aut nudus, aut tenui intectus putamine celeriter suos fructus perficiunt, ut ficus, uitis, & præcipuè morus.[d] Fici & uitis fructus seriores sunt, quoniam & putamine obteguntur, et succum ampliorem, crassioremq́; gerant. Ad hæc ficus mole ampliore consistunt, & summatim quodamodo maturescunt. deniq; omnia dulcia breuiori tempore maturescunt, non tamen cunctæ arbores generis cuiusquè præcoques sunt; Vites enim, & fici permultis inter se discriminibus distant, ita ut nonnullis fructus sero admodum maturescere queat, propter hanc causam, quia præcoques illæ arbores sunt, quæ non præhumidæ, nec succo frigidæ constant, quæque fructum nudum, aut membranis in

a. c. 1. 17
b. c. 1. 19.
c. c. 1. 20.
d. c. 1. 21.

tectum prætenuibus gerunt, cocturamq́; succorum aquosam, non crassam conficiunt: Serotinæ uerò, quæ modo contrario se habent, hoc est, quæ præhumidæ frigidæ, & fructu, aut pulpa fructus lignosæ, prædureq́; quibusq́; fructus ligno so septo, numerosoq́; continentur putamine. Ad hæc quibus succi pingues, & aliquam eiusmodi sortientes potentiam, aut quibus fructus sicci, parumq́; humoris habentes, idq; pingue, uel eiusmodi aliquid. hæc enim omnia coctionem uehementer impediunt, quod in singulis percipi licet. In Aegypto autem ficus nunquam nisi scalptis fructibus, oleoq́; perunctis concoquerere potest ex humorum scilicet ubertate, nimiaq; alimentorum copia; nec solum fructum serò reddi, sed etiam sterilescere quædam nutrimenti copia facit, quin ficum resectis radicibus. et trun

a. c.2.19. *co.*[a] *præfixo fertilem, ex sterili, longeq; feraciorem*

b. c.1.25. *reddi affirmant.*[b] *Peculiare quod Fico, & uitibus euenire quidam enarrant; hæc enim cum egregie germinãt,*

c. c.2.14. *tum maximè fructificare dicuntur.*[c] *Ficus incrementum amplissimè capit, & se in altum attollit, & ra-*

d. c.2.15. *moso admodum corpore aplissimum occupat locum*[d]. *& cum plurima pariat, celerrimè consenescit, ac perit. Nec ualet illa Democriti sententia, qui asserebat arbores, quæ prolixa, crassaq́; firmarentur radice perennes esse, cum nec ficus, nec cæteræ, quæ prolixa, crassaq́; innituntur uitam obtineant longam, neq; directæ*

erecteq́;

erectaeq; breuem habent uitam, ceu abies, Palma, Cupressus, & aliae.[a] *Hyems mox post sationem secuta, fici succum intestinum crassat, atq; coagit.*[b] *Ficus quo ad dici simplicius potest loca sitientia concupiscit, humida enim fructum putrefaciunt, aut non bene maturant, cum fructus etiam ipse humidus sit.*[c] *ad meridiem uerò disponunt, ut spectent solem, quoniam sol commodè arbores nutrit.*[d] *& hoc peculiare ficus habet, purgandum esse antequam germinet.*[e] *molestissima tam ficus, quam olea uitibus.*[f] *uerum foemina minus ad perficiendum est.*[g] *& aliae praequoques, alia serotinae, ut ficus, malus, uitis, pirus.*[h] *Intempestiuè etiã germinat, hyeme placida, austroue sequente, aer enim mitis, tepidus, humidusq; sequutus mox germina euocat, uide Caprificum.*[i] *fructuum mutationes fiunt, ut ex candidis in nigros, uel ex dulcibus in acutos, & è contrario, ut fico, uiti, atq; punicae euenire proditum est.*[k] *delapsis uerò folijs ficus poma diutius retinet.*[l] *morbum etiam quendam in radicibus, & paulo superius sentit, quem glabrationem appellant, qui certè ex nimio humore solet accidere, nec etiam libera est à scabie.*[m] *quae cum pluuia lenta Vergilijs exorientibus fuerat, generatur, et quoties generatur, id uitiũperit.*[n] *propter aquae pemuriã ficus fructus amittere solet.*[o] *& cum minus firma frigore aliquando minus laborat, ut ficus, & olea.*[p] *uerum maior pars fructuum acerba princi-*

a. c.3.4.
b. c.3.7.
c. c.3.9.
d. c.3.10.
e. c.3.14.
f. c.3.13.
g. c.4.1.
h. c.5.1.
i. c.5.3.
k. c.5.4.
l. c.5.12.
m.
n. c.5.14.
o. c.5.17.
p. c.6.7.

pio esse solet, quoniam sicca est, sed omnium humidorum siccissima esse putantur, quorum succus lacteus est, ut ficus.

a. h. 4. 2. [a] *Ficus Aegyptia idest siliqua (errore scilicet) nulla enim in Aegypto, sed in Syria nascitur, & in Ionia circa Cnidum, Rodumq; Vide siliquam.*

b. c. 2. 4. [b] *Ficus in Aegypto, & omnino tractibus illis frugis bonae nō sunt; aestus enim perurit, & fieri percoctio nequit, sed terra duntaxat suo alimento crudo, humefacit.*

c. c. 2. 8. [c] *fructus fici Aegiptiae scalpti, & oleo illiti incipiunt maturescere.*

d. c. 5. 2. [d] *uerum fructum suo caudice fert, quoniam fertilis, ualidaq; sit ad fructificandum.*

e. h. 1. 12. [e] *Fico Indicae radices sunt odoratae, & à germinibus illa mittitur, quatenus se fico parenti coniunxerit, telluriq; tuto inhaerescit, fit itaq; circum arborem frequens radicum concursus, qui caudicem nequaquam attingit, sed ab eo paulo distat.*

f. h. 4. 5. [f] *uerum è ramis radices dimittit singulis annis, dimittit autem non ex nouellis, sed ex anniculis; atq; etiam uetustioribus illae se terrae coniungentes, ceu sepem circum arborem faciunt, ita ut ueluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines solent. Radices antem nascentes euidentissimè à ramis discernuntur, sunt enim albiores, hirtae, tortuosaeq;, binaq; fronde foliatae. Item arbos Comam supernam lasciuam gerit, totoq; fornicato ambitu pulchre orbiculat, & magnitudine uehementer excellit.*

quippe

quippe umbram bino stadio facere fertur, & crassitudine caudicis, plerasque ultra quam sexaginta graduũ orbem colligere, magna uero ex parte quadraginta. folium pelta non minus habet, fructum admodum paruũ, magnitudine Ciceris ficui similem, quamobrem Graeci ficum eam arborem appellabant. Parum mirum in modum fructificat; non tantum pro magnitudinis desiderio, uerum etiam omnibus rebus. Nascitur arbos haec circa Acesinam amnem. Est & alia arbor & magnitudine insignis, & suauitate fructus, amplitudineq; mirum in modum praecellens. hoc sapientes indorum, qui nudi degunt, cibo utuntur. Alia, cui folium specie praelongum simile pennis Strutiorum, quae super galeis imponuntur, longitudine duorum cubitorum. Alia, cui fructus longus nec rectus, sed contortus; cibo dulcis, sed morsus in aluo, difficultatesque facit intestinorum: ob id Alexander, ne quis mandaret, interdixit. Alia, cui fructus similes cornis. Sunt & alia plura bis diuersa, quae Graecia gignit, sed nomine carent, nec mirum quicquam ex eorum proprietate putandum. Nam (ut quidam referunt) nulla omnino arbor, nullus frutex, nulla herba similis iis comperitur, quae in Graecia proueniunt, paucis exceptis. [a] Omnes a. c. 2, 14 *arbores, quae ampliori magnitudine se attollũt, minorem generant fructum, ut ficus Indica uocitata. Haec enim cum mira quadam magnitudine sit, fructum exi-*

guum admodum, eundemq; paruum fert, ut quæ ad germinandum totum absumat alimentum. Etenim folio amplissimo est, & radicum ab eius folijs demissarum generatio nutrimenti copia uidetur accedere, sed fortè è diuerso, ut quoniam in ea quoq; pabulum dispensatur iccirco fructus exilius, atq; parcius proueniat.

a. b.4.2. *[a] Ficus Cypria, quæ sic in Creta nuncupatur natura proxima est moro Ægyptiæ, nam illa quoq; fructum caudice, ramisq; crassissimis fert, nisi quod germen quoddam sine ullo folio, tanquam radiculam mittit, cui fructus præpilatur; Caudex magnus; & populo albæ similis folium ulmo in fructus quaternos perficit, totiesq; germinat, sed nullum ad maturitatē producit, nisi pomo ipso immaturo inciso, emissoq; lacte, dulcedo ficubus non absimile, & interna grossis sane conueniunt, magnitudine autem pruni est.*

b. c.5.1. *[b] Ficus Bifera certo tenore temporis enasci solet, sicut & ficus Caprificorum, & ab auersis folijs enascuntur. non ab aduersis quemadmodum ficus erumpit.*

c. c.5.1. *[c] Ficus Laconica, & leucophalia præcoques gignunt, & plures aliæ, quæ quàm minimæ; nec earum, quæ gignunt differentia continuo, sed diuerso habitu est; aliàs enim gignunt, aliàs non gignunt: ferunt non modo apud folium ipsum, uerum etiam multo inferius, nonnullæ etiam ex parte admodum crassa: Euenit, ut aliquæ posteriores quoq; nonnullas ua-*

leant

scant maturare, non enim omnes simul, sed alias prius, alias paulo ante caprificus ferunt, quæ certè proximiores germini, atq; ficubus sunt: sed prius deci dunt illæ, minusq; concoquuntur. Verum præcoques imbecilliores sunt, & humidiores alijs.

[a] *Fidicula hirsuta, & acetabulis carnosa ceu Polyporum cirri purgare inferius apta est, ubi quis eam contigerit. Polypum innasci affirmant: folium filicis magnæ proximum est. nascitur in petris.* [b] *& semper post imbres erumpit: semen nullum producit.* [c] *Fidicula uel ad distillationes urinæ unice facit, ut quidam existimant. Caulem hæc Capillo ueneris nigro similem gerit, folia admodum parua, densa, aduersa, inter se condita, radicem minimam, loca amat opaca.* a. h.9.14 b. h.9.21 c. h.7.13. Tabula Triacemaca.

[d] *Filicis figura multifida, & quasi serrata, sicut Abietis* [e] *stercoratio filici nocet: hanc enim fimo superiniecto interire affirmant, interit & pecore incumbente,* [f] *Filicis radix colliquata tantum in usum euenit, gustu astringit non sine aliqua dulcedine, lumbricum latum expellit, semen Filici nullum est, nec succum, quem ammittat; hæc habet autumno succidi tempestiue affirmant.* d. h.1.16 e. h.8.8. f. h.9.22

[g] *Filix fœmina utilis contra interaneorum animalia lata melle subacta: & contra tenuia in uino dulci, cum farina ordacea data: si mulieribus grauidis detur abortum facere, si cæteris steriles in totum reddere aiunt.* g. h.9.20

aiunt. Differt fœmina filix à mascula quòd folium unico artu porrectum hæc habeat, & radicem crassam, & longam, & nigram, harum igitur uires sterilitati addixisse natura putatur.

a. h.4.12 [a] *Fistularia canna caua tota est, nihil enim ferè ligni, carnisuè habet. Vide Arundinem.*

b. h.6.6. [b] *Flamæ flos usui est, & sine odore, ut Iouis flos,*
c. h.6.6. [c] *qui semine exeunt, ut uiola, Iphium, Elium.*

d. h.3.18 [d] *Fluidarum aliam masculam, aliam fœminam dicunt. quòd alia sterilis, alia fructifera sit: nec uirgas longas gerit neq; crassas: folium ulmeo simile, nisi quòd parum oblongius, densumq; aliquantulum: ramulorum nouellorum folia paribus internodijs coniugatim condita adhærent, & planè à lateribus ordo uersus conspicitur. Inficiunt his coriarij alba coria, flos candidus, racematim enascens. hic ubi defluxit fructus cũ labrusca rubescit, fiuntq; ceu lentes tenues congestæ; figura his quoq; in modum uuæ. Medicamentum fluida dictum, osseum in his continetur radix per summa, & simplex, ut facilè auelli possit radicitus. lignum sine medulla, & cæsum quoq; incorruptum perdurat. Nascitur omnibus locis.*

e. h.7.9. [e] *Fraus herba ab radice tantũ foliata est, sicut silago.*
f. h.7.11. *Nigella, Anchusa, & reliqua. [f] Et inter Cicoracea numeratur, et annuo folio cõstat, et cũ cicoracea omnia post Virgilias germinant, sola fraus non germinat ita.*

Fraxinus

[a] *Fraxinus & in montibus & in planis nascitur,* [b] *auctu facillima est, ut taxus; Fagus, Iuniperus, & alia. uerum radicem numerosiorem, densam, altamq; sortitur,* [c] *Cuius duo sunt genera, quorum alterum excelsum, procerumq; est; lignum candidum, crassiuenium, neruatum, mollius, enodius, crispiusq; habens. Alterum humilius, minus auctile, scabrius, durius, flauius, folia laurinis lauri latifoliae similia, in acutius tamen coacta, & ambitu leuiter serrata, ac subsidentia. Ramulus totus, quem folium unum putaueris, quoniam simul cuncta folia ferat, singulari pedicillo, & singulis folijs coniugatim, ueluti per genicula pendentibus constat. Amplo interuallo coniugationibus distinctis; similiter atq; in sorbo. sunt alijs breuiora internodia, coniugationesq; pauciores: alijs ut puta candidis longae, pluresq;, & singula folia oblongiora, angustiora, coloreq; porracea, cortice leui, spisso, tenui, coloreq; rubro integitur, radicibus crebris, crassis, sublimibusq; adhaeret fructum Idei nullum hāc habere existimant, atq; etiam flore carere. fert tamen in siliquis fructum minutum nucis modo, qualis Amigdalae, gustu sub amarum. fert & alia quaedam, ueluti muscos, quemadmodum Laurus, uerum magis astringentia gustum, singulareq; per se in orbem circum acta, platani pilorum specie. Horum alia circa fructum, alia multo semota exeunt, Quin & implicamina quaedam*

a. h. 3.4
b. h. 3.7
c. h. 3.11

eodem

eodem modo naſcuntur. læuis illa locis potiſſimo concauis, madidisq; emigrat, ſcabra, ſiccis, atq; ſaxoſis. Quidam alteram Fraxinum, alteram Bubulam fraxinum uocant, uidelicet Macedones; maior, & rarior corpore bubula eſt, ob id minus criſpa. Eſt.n. omne cãpeſtre leue; montanum autẽ omne, ſcabrum. Quæ montibus naſcitur colorata, leuis, robuſta, lentaq; eſt. quæ in planis decolor, rara corpore, ſcabraq; aſſurgit. Ad ſummũ arbores fere omnes, quæ tã montibus, quàm planis eadem proueniunt, monte coloratæ ualde, candidaq; aſſurgunt; ut ſciſſima, ulmus, reliquaq;: Plano autẽ rariores corpore, pallidioresq; præterquàm pirus, & Fraxinus, ut Olympi incolæ uolunt. Hæ nanq; in planis, cum fructu, tum materie præſtant: quippe montibus Scabræ, ſpinoſæ, nodoſæq; proueniunt, planis autem leuiores, fructumq; dulciorem, carnoſioremq; ferunt, uerum magnitudine campeſtres ſemper excellunt.

a. h.4.9. *[a] in Nilo Fraxinus, & quæ bubula Fraxinus cognominatur, plurima eſt.*

b. h.5.1. *[b] Verum Fraxinus, Aria, ulmus, acer, carpinus, Sciſſima, Tilia aliquando poſt menſem cæduntur, aliquando poſt uindemiam, & Arcturum.*

c. h.5.8. *[c] Humidiſſima uerò Fraxinus eſt, ſicut & Sciſſima. Lectulos enim cædere aptos ex his conficiunt. tornatus nauibus rotundis ex Fraxino, moro, ulmo, plantano, lentitiam enim, firmitatemquè adeſſe oportet, ſed deterrimus, qui ex platano fuerit, celeriter*

riter

riter enim putrescit.[a] *ad instrumenta fabrilia etiam Fraxinus idonea est, ut ad malleos, & alia. perfectè uerò Fraxinus, & reliqua generis eiusdem pariunt, & excoquuntur.* a. h.5.9.

[b] *Fremij genus, quod Limonium uocant, ineunte uere exit.*[c] *& non longè post germinationem florem emittit.*[d] *& ab radice tantum foliata est, ut Nigella; Anchusa, & reliquæ. uerum per totum annum germinat, & floret. semper enim alterum alteri succedens tempora omnia occupat, ut Asphaca etiam, Crocum, fremium, & senecio.*[e] *germinat autem facilè suæ debilitatis causa, & ut plurimum uerno tempore floret.* b. h.6.ultime. c. h.7.8. d. h.7.9. e. c.1.10.

[f] *Frondiflora tantum ab radice foliata est.* f. h.7.9.

[g] *Frumentago, uide Triticum.* g. h.8.11.

[h] *Frumenta à leguminibus differunt, quoniam folio arundinaceo constant, legumina non ita. Vide Legumen.*[i] *Frumenta pingue solum amant.*[k] *tenue arbores, quoniam solum rarum, & tenue, si altum siccumq; sit, arboribus commodum, frumentis incommodum, facit enim raritas, ut imbres hyberni possint altè descendere. Itaq; Frumentum humorem attingere nequit, quoniam per summa suam agat radicem; Arbores uerò dimissis in profundum radicibus attingere, atq; attrahere possunt. Sed abunde. Triticum uide.* h. h.8.3. i. c.2.5. k. c.2.6.

[l] *Fructus est, quod carne, & semine constat.* l. h.1.3.

[m] *Frutex est, quod ab radice, caudice multiplici,* m. h.1.5.

ramosumq; se attollit, ut rubus, Paliurus.

a. h.1.8. [a]*Fungus. Pediculum longè maiorem, æqualem,*
b. h.1.9. *quàm Gladiolus habet,* [b] *& radice penitus caret.* [c] *ue-*
c. h.3.9. d. h.4.8. *rum è radicibus roboris, & iuxta radices erumpit.* [d] *cũ autem aquæ plures incesserint, fungi iuxta mare rubrũ quodam in loco erumpũt, qui sole tacti in lapidem commutantur.*

e. h.6.3. [e]*Fusus agrestis spinosa est.* [f] *& Cneco, acarnaq;*
f. h.6.4. *candidior est; habetq; peculiare, quod in folijs euenit, decerpta enim, carniq; allata succum sanguineum effundint, qua de causa* φόνος *.idest cruor à quibusdam spina est hæc nominata, grauis etiam odore, cruoremq; repræsentans, sero perficit fructum, Autumno enim, & quidem in totum (ut summatim proponam) uniuersa spinaceorum natura fructus serotina existit. hæc autem omnia tam semine, quàm radice proueniunt, ita ut breue quoddam inter ortum, & seminum perfectio-*
g. h.9.1. *nem labatur spatium temporis.* [g] *Succus sanguineus est spinæ, quam fusum agrestem appellant.*

G.



Allica.[a] *acer est. uide supra.* a. h.3.4. 3.11.
[b] *Gallica etiam mespili genus est. Vide Mespilum.* b. h.3.12.

[c] *Geminalis aestiuis seritur, quo milium seritur, & Panicum, & Sesamum, & trionum.*[d] *uerum animal nullum mandit propter amaritudinem, cucuminaceum uerò quoddam est, atq; nigrum, seritur cum Sesama.* c. h.8.1. d. h.8.7.

[e] *Gethyi radix, & bulbi caule omnino caret, & in totum omnia, quae natura sub terram distendi uoluit,* [f] *folia concaua habet ceu Caepa.*[g] *ex recentioribus seminibus maturius exit, ut porrum etiam, & Cucumis, & non solum anno fructificat, uerum etiam bimatu, & plus temporis durare potest, & unicaule constat.* [h] *uerum latere germinat.*[i] *& sine capite est. & quasi longa ceruice consistens, ob id germinatio tota in fronde, saepiusq; retondetur, ut porrum, qua de causa sementine seritur id nec deponitur.*[k] *aquam uerò diligit, ut caepa. quamquam nonnulli negant, si principio bis, aut ter imber incesserit.*[l] *Semen ad perdurandum ualidum non est, durare enim nequit,*[m] *& multis tunicis constat, ut caepa.*[n] *uerum cum calida sit difficile germinat, ut etiam satureia, & origanum.* e. h.1.8. f. h.1.16. g. h.7.1. h. h.7.2. i. h.7.4. k. h.7.5. l. h.7.6. m. h.7.9. n. c.4.3.

[o] *Gith cum seminibus ipsis flores edit, singulis enim seminibus singulos flores annexos gerit.* o. h.1.22.

a. h.1.8. [a]*Gladioli caulis quandam æqualitatem sortitus est*
b. h.1.10 *peculiarem, ut etiam Butomi caulis, [b]radix eui-*
dentissima Gladioli est, atq; ari, quippe cum altera
crassa, leuis, carnosa: altera tenuis, atq; neruosa sit.
Quamobrem dubitauerit sane quispiam, an inter ra-
dices hæc poni debeant, etenim quod subter telluri co-
hæret radix esse appareat, quod uerò cæteris è diuer-
c. h.1.13 *so promitur, nihil obtinere radicis dixeris. [c]uerum eno*
dis est (sed ita enodes accipi uolo, ut nodos paucos na
d. h.1.16 *turæ ordine habeant) ut Iuncus, & Tipha. [d]folia*
e. h.4.9. *arundinis similia habet. [e]sed in fluuijs, locisq; eiusmo*
di nascitur, ceu arundo, fleum, Iuncus, & butomus.
f. h.4.11. *[f]in lacu orchomenio etiam prouenit, & radix eius plu-*
rimum inæqualitate à cæteris distat, quod pars quæ-
dam crassa, carnosaq; sit, quædam gracilis, atq; ligno
sa: Quin & germinatione, generationeq; refert. Na
scitur enim de ramaceo illo radix altera tenuis, iuxta
latus, deinde caro rursus in ea conglobatur, ex qua se
se caulis promit, in quo positum germen est, in profun
dum quoq; radices eodem modo dimittit, quamobrem
omnium maximè mori contumax est, euelliq; difficilis.
proximè ferè gramen è geniculis oritur: radices .n. geni
culatæ, atq; è singulis germen sursum, radix subtus erũ
pit, et terra, et aqua erũpit, necnon in insulis fluitãtibus
g. h.4.12. *prouenit. [g]folia permulta habet, sicut Alga, phleum,*
h. h.9.7.
i. c.1.26. *et butomus. [h]ad unguenta uerò ea utuntur. [i]calida uerò*

cum.

cum sit, à gelu torpere minimè potest.[a] *radices dulces sunt, & cibo idoneæ, sicut etiã illarum, quæ in palustribus exeunt, ut sunt gramẽ Gladiolus, beta, apium, et equapium, quorum radices, & caules dulces sunt, folia minimè.*[b] *Gladiolus quã uis odoratus, et suapte natura siccus sit, tamen minus redolet recens, & uiridis.* a. c.6.16 b. c.6.17.

[c] *Glans semen roboris cute, & crusta obductũ est.* [d] *In Aegypto glans arbor quædam est*[e] *uerum glandes robo. serò maturescere possunt propter frigiditatẽ arboris.*[f] *hæc suis munita teguminibus ad germinandi usq; tempore illesa seruari possunt, ut nuces scilicet, et glandes.*[g] *quæ maximè perdurare possunt.*[h] *& parte postrema utrinq; lapidescunt.*[i] *Pica, & aliæ, quædam aues, glandes reponentes, obruunt terra.*[k] *semina arborũ, quæ mollia, carnosaq; sunt, ceu amigdala, nux, glãs, putamine ambiente seruantur.*[l] *uerum glandibus extremis amaritudo insidet.* c. h.1.18 d. h.4.2. e. c.1.21. f. c.1.23. g. c.2.10. h. c.3.9. i. c.2.24. k. c.5. ultimo. l. c.6.14.

[m] *Gongrus uocatus in arboribus nodus ẽ, ut in olea.* m. h.1.13

[n] *Gramẽ radices geniculatas habet, sicut arundo, caules parte superna breues, imbecillesq; sunt, inferæ autẽ grandes frequentes, & ualidæ, & carnosæ.*[o] *caulibus concisis gramen exit, sicut lilium, & rosa.*[p] *folia similia Algæ gramen habet, sed magnitudine multo minora.*[q] *uerum difficile interire potest propter radices numerosas, & in profundum tendentes, ut gladioli.*[r] *radices dulces sunt, reliquæ minimè, ratio est descri-* n. h.1.8. o. h.2.1. p. h.4.7. q. h.4.11. r. c.6.16.

pta

pta in Equapio. Vide supra.

a. h.9.22 [a] *Granum cnidium, rotundum, colore rubrum, maiusq; pipere est, sed caliditate multo ualidius. Qua de causa cum deuorandum datur (dari enim contra alui solutionem solet) in pane, aut adipe obductum sumitur, aliter enim gulam adurit.*

b. h.9.1. [b] *Gummi & Amygdalæ lachryma sine odore sunt, quia pinguedine carent.* [c] *Gummi etiam spinæ Ae-*
c. c.6.17. *gyptiæ insipidæ, atq; inolidæ sunt.*

d. c.2.19. [d] *Granata dulciora, molliorâq; aquatio facit. Acerbitas enim, atq; duritia tale desiderant auxilium. Vi-*
e. c. 5.5. *de Punica* [e] *Varia granata etiã sunt, si dimidiam partem superiorem contunderis, sicut etiam palmes, quæ idem uuam nigram, & candidam fert, & in eadẽ uua acina nigra, & candida coherent, cum utriusq; malleoli dimidiam partem superiorem contunderunt. deinde æqualiter compositos, arteq; colligatos, defixerunt, hæc eadem causa est, ut cum arbor uaria granata, malaq; ferat, uirgas etenim malleo uelut præmollientes, at parte contusa facilius inter se cohæreant, mox arctissimè colligatas deponunt: tum arbor una ex coitu compositarum uirgarum exurgit, sed singulæ genus suum conseruant, alimentaq; per se trahunt, atq; excoquunt, nec aliud commune inter se quàm mutuum illum complexum, coagmentationemq; gerunt.*

H



Astula[a] regia radicem carnosam habet, & multo magis quàm beta. [b] inter olera numeratur, et folia illico ab radice exeūt, ut maiori ex parte oleribus exeunt. [c] Radices uescendæ non tantum bulborum sunt, sed etiam hastulæ regiæ. [d] cui caulis maximè assurgit. [e] & à semine etiam exit. a. h.1.10. 7.9. b. h.1.16 c. h.7.11 d. h.7.12 e. h.7.12.

[f] Hedera pro ratione, tempore longiore exacto, amplissimam magnitudinem capit, ut proculdubio arbor efficiatur. Cum frutesit, & sic etiam de Amerina, & paliuro dicimus. [g] folia longè diuersa habet à populo, & frondes leues parte superna habet. [h] flores hæderæ lanuginei sunt, ut uitis, & mori [i] Et modo quodam peculiari seruantur infixi florem enim in totis fructibus habet, uelut morus. [k] Verum fructum ingustabilem habet, ut Iuniperus pirus, & cætera. [l] Multigena. quoq; hedera est; qudæam enim humi repens, quædam se in excelsum attollens: & excelsarum genera plura, sed trina summa patescunt; Candida, nigra, tertiaq; Clauicula. Horum item species plures; quippe alia fructu tantum candida, alia etiam folijs; rursus fructum tantum cādidum ferentium, alia maiusculum, densum, & uelut in globum circum actū fructum peofert, quam corymbiam quidam uocarunt: Athenienses Acharnicam riguam eam appellant: f. h.1.5. idem.1.15. g. h.1.16 h. h.1.21. i. h.1.22. k. h.3.6. l. h.3.18.

alta

alia minorem, sparsioremq; modo nigræ. Habet nigra differentias, sed non hunc in modum conspicuas, sed clauicula differentijs maximis discernitur. etenim folijs plurimum distat, cum paruitate, tum quod angulata, concinnioraq; sint, cum hedera rotundiora, simplicioraq; habeat. Distant etiam internodiorum longitudine, atq; etiam sterilitate, quoniam fructum quedam non ferant; quòd non in hederam transfigurentur, ut quidam uolunt: At uerò si omnes hederescant, ut alijs placet, ætatis certè, dispositionisq;, non generis erit discrimen, quemadmodum piri ad pirastrum, tamē eius quoq; folium multum ab hedera distat, uerum id rarum, & in paucis euenit, ut uetustate permutetur, ceu in populo alba, & Crotone. Ergo Clauiculæ plura genera, sed quæ conspectiora, summaq; occurrant, tria sunt, herbacea, ac uirens, quæ plurima est, secunda candida, Tertia uersicolor, quam Thraciam quidam appellant. Et harum quæq; distare uidetur: Quippe herbaceæ quædam folio tenuiori, oblongiori, atq; etiam densiori: quædam minus hæc omnia habens & in uersicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumq; habitu diuersa: pari modo, & magnitudine, colorеq; distant. Auctu perfacilis herbacea, inq; plurimum uenit, manifestam, quæ hederescat affirmant, non tantum folijs, quæ maiora, latioraq; habet; uerum etiam germinibus; protinus enim erecta

gerit,

gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine herbacea uerò crassiora, breuioraq; : ac hedera, ut semen proferre incepit, germen sublime, rectumq; edit. Est quidem uniuersa hedera radice numerosa, densa, flexuosa, surculosa, crassa, nec nimis alta, sed præcipuè nigra, & inter candidas, quæ asperrima, immitissimaq; habetur: Quamobrem eius amplexus arbores omnes infestat, omneis enim enecat, & exiccat, ablato alimento. Crassatur hæc maiorem in modum, atq; arborescit, in tantum, ut per se ipsa hederæ arbor fiat. At tamen ex maiore parte semper super aliud uitam degere solet, atq; ut ita dixerim, amplexi caulis est, ita pro sua natura, uel quiddam eiusmodi illico gerit. Nā è germinibus radiculas assiduè inter folia mittit, quibus arboribus, murisq; obrepit quasi de industria à natura exhibitis: atq; ita humore auferens, exhaurien sque arefacit. Et si inferius succidatur, nihilominus uiuere, durareq; potest. Habet uel illud discrimen non mediocre in fructu: nam alius dulcis, alius uehementer amarus, tam in candida, quàm in nigra, Indicium quod alium aues mandunt, alium minimè attingunt. Hedera ita se habet; [a] in Asia hederam, & abietem parte superiore Syriæ, itinere à mari quinq; dierum enasci negant, sed in India uisam in monte, cui Mero nomen affirmant, quo Liberum patrem ortum fabulæ aiunt. Qua de causa Alexander cum aliquan-

Idem c. 25. 2.

a. b. 4. 4.

P do

*do ex India descenderet, coronatus & ipse, & exerci
tus ibat. Harpalus uerò in Media tantum locare eam
contendit, serendo sæpe in ortis Babilonicis, & curio-
se colendo, sed nihil efficere potuit. Hæc enim nullo
pacto uiuere ualebat, sicut reliqua, quæ aduecta de
Græcia sunt, hospitari patiebantur. hoc igitur ob cœ*
a. h. 4.20 idem ferè c. 5.22. *li conditionem regio recusat.* [a] *Hedera adnascens mo-
lesta uicinis est, immo necat.* [b] *& calida est.* [c] *& à*
b. h. 5. 4. c. c. 1. 4. *germinibus suis radices quàm primum dimittit, non se
cus ac serpyllum, & spißitate, acoreque suo aliquan-*
d. c. 1 11. 26. *lum temporis durare potest, ueluti abrotanum.* [d] *Vi
ret autem perpetuo.* [e] *& frigus potius amat, locis .n.*
e. c. 2. 4. *feruidis peruenire non posse nullum dubium est, sicut*
f. c. 2. 9. *etiam pinus.* [f] *dissociata hedera locum tamen eundem
petit, ut quæ aquis apposita est, quæ nemoribus gau-
det facile suam rationem aperit hedera nanq; sicca, &*
g. c. 2.23. *calida est.* [g] *Hedera ad summam in multis creatur, &
quod mirabilius, uisa est aliquando etiam in cornibus
cerui.*

h. h. 2. 1. [h] *Helenium semine, & auulsione exit.* [i] *Surculo-*
i. h. 6. 1. *sum quidem est, minutisq; folijs constat, sicut Ser-*
k. h. 6. 6. *pyllum, & sisymbrium.* [k] *odoratum autem est tum ra-
mis, tum folijs, & ad summam in totum odoratum sen-*
l. h. 6. 7. *titur, sicut Serpyllum, & Sisymbrium.* [l] *quæ lignosis*
m. c. 6. 15 *etiam constant radicibus, & torridis.* [m] *Et licet ser-
pyllum, sisymbrium, & helenium odorata sint, flores*

tamen

tamen nulli odorati creantur. [a] *Causa uerò odoris prouenit ex humiditate, siccitateq; moderata, sed magna ex parte Serpyllum, & helenium, & reliqua generis eiusdem acres reddunt odores siccitatis causa.* a. c.6.19.

[b] *Hemodorum ab radice exit, & unicaule constat, nec absimili caule surgit, uerum longe breuiori, & modo capitis superne quiddam gerente, radice autem subrotunda innititur.* b. h.8.8.

[c] *Herba radicibus pluribus, & fixilibus non constat. ut ordeum, & triticum.* [d] *Et tantum ab radice foliata est.* c. h.1.9. d. h.7.9.

[e] *Herculana spinæ genus est, & ad medicamenta utilis.* e. h.9.15.

[f] *Hybiscum ad medicamenta utile est.* [g] *Et radicem hybisci aquam posse addensare aiunt si tritam inieceris, sub Diuoq; humorem posueris. Constat hybiscum folio maluæ, maiori tamen, pilosioriq;, caule molli, flore mellino, fructu maluæ caulibus proxima, usus eius ad rupta, & tusses à uino dulci, & ad ulcera in oleo. Aliam si carinibus concoquas in idem aggregare, ac ueluti conglutinare posse affirmant, alias uim attractoriam possidere modo magnetis, lapidis, atq; succini.* f. h.9.15. g. h.9.19

[h] *Hirci barbula inter olera est, cui radix longa, & dulcis, folia Croco similia, nisi quòd longiora: Caulis breuis, super quem calix ampla, & bar-* h. h.7.7.

P ii ba

ba de summo uertice cana pendens prolixa, unde nomen accepit.

a. h.9.1. b. h.8.9. [a] Hircispina lachrymam gignit. [b] & succus sponte consistit, spissaturque lachrymæ modo, quapropter
c. h.9.15. cedere hanc opus nequaquam est. [c] Hircispina large in Arcadia nascitur, nec deterior Cretica existimatur, sed etiam uisu pulchrior.

d. h.7.14 [d] Hirundinaria aduentu hirundinis suum excitat florem, & hæc partim naturalem, partim fortuitam habere causam apparet.

e. h.3.18. [e] Humirubus rubi species est. Vide Rubum.

f. h.6.7. [f] Hyacinthus exit cum Narcissus, & linum exeunt, & ad coronas conficiendas coronarij his utuntur.

g. c.2.23. [g] Hyphear in terra (mirandum) pullulare nequit, sicut stelis, & Viscum. uerum hyphear uocabulum Arcadum est, stelis Euboensium, Viscum commune, & inter se differre aiunt. Vide abunde Viscum.

I



ICMA [a] in lacu Orchomenio nascitur. a. h.4.11.
[b] Iasione flos ex illis est, quæ folio uno b. h.1.21.
emergunt, descriptionem tantum plurium
ostendentes, in hac enim haud quaquam folium unum
quodq; discernitur, nec conceptaculo pars infima eget,
sed postremo in angulos exeunt, oleæ quoq; flos penè
talis esse uidetur.

[c] Idea Pinus picem producit. Vide pinum. c. h.9.2.

[d] Ilex medullam magnam, atq; per spicuam habet, d. h.1.9.
ueluti robur. [e] Et uiret perpetuo. [f] folia cum extremo, idem.h.5.7
tum lateribus sinuata concidunt, ut roboris, smilacis, e. h.1.15.
3.4.
rubi, paliuri, & alierum. [g] in montibus propriè na- f. h.1.16
scitur, ut abies, pinastrũ, & aliæ. [h] fructum uerò sero g. h.3.4.
h. h.3.6
perficit, immo nonnulli anno reddere uolunt, ut Iuni-
peri, & ilicis, germinationes in uere proueniunt. [i] ra i. h.3.7.
dic in altam ilex dimittit, ut omnia syluestria. [k] Ve- k. h.3.8.
rum cum quibusdam datum sit, ut plura producat, ilex
granum puniceum producit. [l] Ilex folio Roboris est, l. h.3.16.
uerum minori, a culeatoq;, cortice leuiori, quàm ro-
bur, arbor ipsa magna assurgit, modo roboris, si locũ,
solumq; adipiscatur idoneum, materies spissa, robu-
staq;, radix alta admodum, atq; multiplex, fructus
glandosus, sed glans ipsa pusilla est, ueterem nouus
occupat, nam sero maturescit, quam obrem hæc à non-

nullis bifera existimata est, fert præter glandem granum quoddam puniceum, & uiscum, atq; hiphear habet. Quapropter ut fructus quaternos habeat nonnunquam contingit binos proprios, binosq; , alienos, Visci scilicet, atq; hyphearis. fert à Septentrione uiscum, à meridie hyphear.

a. h.4.18 [a] *Ilici si detrahantur partes, potest interire, licet in eritus diuturnior sit.*

b. h.5.ultimo. [b] *Terebrum etiã ex ilice fit, ut ex rhamno, & Tilia.*

c. h.7.7. [c] *Intubus inter olera numeratur.*

d. h.7.8. [d] *Et post Vergilias germinat, & ineunte uere tàm caulem, quàm florem emittit, sicut omnia intubacea.*

e. h.7.11 [e] *quæ ab radice tãtum foliata sunt.*

f. h.7.11. [f] *uerum Cicoreæ. s. Intubi caulis magnus multisq; ramulis brachiatus, lentus item, & diuidi contumax est, qua de causa pro uinculo eo utuntur. radice quoq; germen laterale mittere potest, & alioqui radice prolixum est, ideoq; emori contumax est, decerptis enim quæ ad usum cibarium capi soleant, reliquum generationis rursus capescit principium: euenit autem, ut pars eius alia, atq; alia floreat, idq; aßiduè fiat, usq; ad autumnum, quamquam durus caulis esse uideatur. Fert & siliquam, in qua semen circa postremas caulium partes, cuius plura sunt genera, ut Porcellia, Candralia, & Aphaca, quas uide suo loco.*

g. h.7.9. [g] *Intubus sine ampulla, utrinq; foliatus est. Cichorea etiam diutius floret, ut solaris.*

h. h.1.16 [h] *Intubo erratico folia illico ab radice exeunt, ut cæpæ, & allio.*

i. c.2.7. [i] *uerum*

rum ad summam uniuersa genera intuborum amara sunt.

[a] Indus herba, quam indus attulerat ad rem uenercam mirum in modum pollebat. Non enim solum edentibus, sed etiam tangentibus tantum genitalibus uim dixere uehementem adeo fieri, ut quoties uellet coire ualeret. Et quidem qui usi fuerunt, duodecies egisse dixerunt. Indum autem ipsum qui uel magno, atq; robusto corpore erat, septuagesies aliquando coiuisse fatentem licuit audire: uerum emissionem seminis guttatim fuisse, demumq; in sanguinem deuenisse. Mulieris uerò uehementius etiam citari libidinem, cum eo medicamine usae fuerint, dicebatur. Haec igitur uis si uerè narratur, mirificè omnes excedit naturas: tamen quasdam constare, quae citationes ad coitum facerent, haud quaquam inepte putaueris, nam & alimentis ipsis tam siccis, quam humidis uires eiusmodi, atquè etiam aliarum plerarumq; affectionum efficaces manifestè sentimus, aquam enim nonnusquam esse, quae prolem mulieribus largiatur, affirmant. ut apud Thespias. contra aliam apud Pyram esse, quae sterilitatem eisdem inferre possit. Causam enim sterilitatis mulierum loci illius talem medici reddiderunt. De Vino dicemus in litera, V, quibus in locis sterilitatem reddat. a. h.9.20

[b] Iouis flamma figura per similis est Cerafo, uerum Iouis flammae nucleus durius, Cerasi mollis, na- b. h.3.13

scitur

scitur ubi Tilia, in plenum ubi amnes, & rigua.

a. h.6.1. *[a] Iouis flos inter coronaria muneratur, & surculo est, minutisque conditus folijs constat; frutexque red ditur. sicut rosa, Sampsucum, Serpyllum, & caete-*
b. h.6.6. *rae eiusmodi. [b] Verum flos iouis, & flamma sine odo*
c. h.6.7. *re est. [c] Et omnes praedicti flores semine exeunt, nam & ipsae, & eorum radices ligno constant. [d] uere se*
d. h.6.ulti mo. *ostendit, & paulo post Lilium exit.*

e. h.4.11. *[e] Ipnum in lacu Orcbomenio reperitur, sicut Icma, & mensi flora.*

f. h.6.7. *[f] Iphij flos semine exit, ut Iouis flos, flammula, quo*
g. h.7.12 *rum radices (ut diximus) ligno constant. [g] Iphium & alia quaedam ex coronarijs ante foliorum, & caulium ortum flores emittunt, ut inter arbores amygdala.*

h. h.1.16. *[h] Isirinchio folia ab radice exeunt, scut bulbo, & scyllae, & in totum bulbosis, quorum non solum quod primum oritur, uerum etiam caulis omnino sine folijs est.*

i. h.1.15. *[i] Iuniperus ex syluestribus perpetuo uiret. [k] Et in*
Idem 3.24.
k. h.3.24 *montibus proprie nascitur. [l] At Macedones incolae*
l. h.3.6. *Iuniperum florere non arbitrantur, nec etiam Scissimam agrestem, nec ilicem; nonnulli binas Iuniperos esse dicunt, & alteram florere quidem, sed fructum non ferre; alteram non florere, sed protinus fructum ostendere, ut ficus, poma praecidua, itaq; pene fieri,*
m. h.3.6. *ut sola hac arbor fructum in biennium habeat. [m] Et tar*

dissime

dissimè omnium fructus suos perficiunt Iuniperus, Celastrus, & Ilex. Iuniperus enim anniculum habere uidetur, quippe cum nouus anni exacti fructum occupet; utq; aliqui uolunt nec maturari solet; quapropter decerpitur, & aliquantum temporis reseruatur: quod si in arbore relinquatur marcescit.[a] *facillimè uerò augetur, & per summa innititur, ueluti Cedrus.*[b] *Idei dicunt Iuniperum similem esse Cedro, sed folio maximè distat, quippe cedro durum, acutum, spinosumq; Iunipero mollius, excelsior quoq; iuniperus nasci uidetur. Cæterum alij nominibus minimè diuidunt, sed ambas Cedros appellant. Cedrum tamen cum additione Cedrum nuncupant. Vide Cedrum.*[c] *Iuniperus & abies excelsa quidem nascuntur, sed non in excelsum sicut etiã circa Cyllenium promontorium.*[d] *Tectis commoda, copiosior est, pinus, abies, Iuniperus.*[e] *Gummam uerò Iuniperus fert, sicut abies, pinus. Terebinthus, & aliæ, sed non ex cortice, uerum in uase.*[f] *locis algentibus iuniperus perdurare ualet, & plus caloris sortitur, sicut abies, pinus, & Cedrus; super his enim nec niuem posse durare autumat, scilicet ratione caloris. Item tortuosa hæc eadem esse, peruertiq; ob calorem medullæ asserit*[g] *Verum cortex sponte detrahitur, sicut uiti, & Tiliæ; In his enim natura ipsa, quæ cõmoda sit, ostendere, cum corticem disgreget, & tanquam alienum reiiciat, damnosum autem est omne alienum;*

Idem fere dicit c.1.13
a. h.3.7.
b. h.3.12.
c. h.4.1.
d. h.5.8.
e. h.9.1.
f. c.1.16.
g. c.3.23.

Q num;

num; ſicut etiam quod aridum eſt.

a. h.4.13 [a] *Inguinalis herba ſemen nigrum non abſimile ſemini iunci habet.*

b. h.1.8. idem 4.9. [b] *Iuncus ex illis eſt, quæ in lacu, et paludibus naſcuntur, & in ſepta pariter, atq; æqualia conſpiciuntur.*

c. h.1.13. [c] *E nodis autem eſt Iuncus, ceu Tipha, & gladiolus; ſed ita enodes accipi uolo, ut nodos paucos naturæ or-*

d. h.4.8. *dine habeant.* [d] *Iunci quoq; lapides apud mare repe-*

e. h.4.14. *riuntur, quos nemo uiſu à ueris potuit diſcernere.* [e] *tria uerò ſunt eius genera, ut nonnulli diſtingunt. acutus, et ſterilis, quem marem appellant: frugifer, quem atriferum uocitamus, quoniam ſemen nigrum ferat, craſſior hic atq; carnoſior. Tertius, magnitudine, craſſitate, carnoſitateq; inſignis, qui mariſcus uocatus eſt. Ex his atrifer per ſe ſuo genere prouenit: acutus, atq; mariſcus eodem ceſpite exeũt, quod abſurdum apparet, uiſuq; mirabile fuit, toto ceſpite iunci deportato quippe pars maior ſteriles erant eodem exorti frugiferi autem pauci. Igitur de hoc cogitandum. fructus omnino minor habetur: commodior autem ad texendum mariſcus, quia mollis, carnoſusq; eſt. Omnino frugifer in Callum de regulari ſurculo ipſo tumeſcens, mox uelu ti oua parit, circundantes enim ſpicatim pediculo iunco lineari affixos initio gerit, quorũ ſummitatibus paululo laterales orbes uaſculorum leuiter hiſcentis inducit. His ſemen exiguum effigie cuſpidis ſagittarum in*

gerit:

gerit: nigrum non absimile herbæ inguinalis, uerum exilius, radice longa adhæret, multoq; crassiore, quàm acutus. Hæc omnibus annis moritur, deinde altera rursus à iunci cacumine defigitur: Quod uel uisu percipi facilè potest: quippe aliæ siccæ, aliæ uirides demissæ cernuntur. caput cæpis, & Gethyis simile, ut pote quod in unum ex pluribus conglobatum, prælatumq; inferius, tegumentisq; subrubris intectum constet. Ergo proprium his radicibus eueniat, si quidem per annos exarescant, ac desuper denuo generentur. Talis iuncorum natura intelligitur.

[a] *Iuncus odoratus trans libanum montem, inter ipsum libanum, & alium quendam montem paruum, ualle minima exit, ubi etiam & calamus odoratus, uerum ea parte qua calamus, & iuncus proueniunt, lacus in amplum spatiatur, iuxtaq; eum pallustribus siccatis isti assurgunt occupant locum plusquam triginta stadia. Virides nequaquam esse uidentur, sed sicci; forma uerò nihil ab alijs differunt. locum ingredienti protinus odor aspirat, non tamen longius spirat, & ad unguenta his utuntur.* a. h.9.7.

[b] *Iuncus calidus est, sicut aquatilia omnia, ut arundo, & gladiolus, à gelu proinde torpere hæc eadem minimè possunt.* [c] *radix Iunci, Iridis, arundinum, atq; omnino generis aquatilium, uiridis nihil olet, siccata autē redolet.* [d] *Calamus, et iuncus in Syria odorati sunt.* b. c.1.26. c. c.6.17. d. c.6.27

a. c.6.13 [a] *Iris odorata est, & à gratia palati agnomen accepit, sicut Anethum, & fœniculum.*[b] *Verum radix.*
b. c.6.17. idem 6.22. *Iridis uiridis nihil olet, siccata uerò redolet.* [c] *Iris in*
c. c.6.28. *Illyride odoratior est, propter locis tractus.*

L

a. h.3. ultimo. *LAmbruscæ* [a] *fructus cùm fluuidarum fructu rubescit, & similis Smilaci est.*[b] *Surgit uerò similis atragenæ, & arbores scandere solita est.*[c] *flos specie constat racemi, candidusq; est.*
b. h.6.32
c. h.6.7.

d. h.3.43 [d] *Lacara in plano etiam descendit.*[e] *& auctu facillima est.*

e. h.1.16. [e] *Lactucæ folia ab radice exeunt, & folijs iam perfectis caulis conuenienter assurgit, ut Ocymi, Apij, & frumentorum, uerum caulem primo mitem, post horridum spinulis gerit.*[f] *succum aquosum habet,*[g] *semen lactucæ quarto aut quinto die erumpit.*[h] *caule uerò reciso facile regerminant, immo regerminatos caules suauiores affirmant, primos enim lactuosos esse, atq; amaros, ut pote nimis concoctos. Alij è contrario uolunt secundos scilicet lacte refertiores constare, sed dulciores sentiri, quandiu teneri sint*[i] *Lactuca diminuta teneritatis, alimentiq; probi ratione melior, sapidiorq;*
f. h.1.19.
g. h.7.1.
h. h.7.23

i. h.2.20.

euadit

euadit, sicut ocimum, & alia.[a] *breui radice illa constare notantur, lactuca, portulaca, breui in quantum ea recta, quam deorsum mittenda est, tum ijs, quæ in latus porrigi solent. lactuca ea ipsa multiplici radice quasi omnino caret, sed fibris tantum cohæret, quamobrem uni stirpem hanc (ut ita dixerim) maximè omnium esse putaueris. Lactuca translata radicis est breuioris. quàm sata, illa enim ex lateribus magis mittit, Breuior etiam syluestris quam urbana, & superne multicaulior est. Semen lactucæ lanugine obducitur.*[b] *plura sunt etiam eius genera, & candida dulcior, atq; tenior, & tria genera addunt; Laticaule, rotundicaule, & Laconicum; huic folium carduo simile, & recta, ampla, & à caule minime brachiata hæc est. Inter latas adeo quædam laticaules fiunt, ut pro ualuis hortorum hisce nonnulli utantur: Quæ uerò lactis admodum copiosa, & folio pusillo, & caule candidiori consistit. Syluestris similis est.*[c] *Verum Erucæ, & uermiculi lactucis innascuntur.*[d] *fit autem lactisuccatio à caulibus lactucæ, & lactariæ, at plurimum succi per incisuram manent, quorum nonnullos statim in uasa colligunt, sicut lactariæ, siue lactucæ Caprinæ; uocatur enim hoc etiam nomine, atq; in totum quibus lactis copia sit, quibus minus, lana eorum succus excipitur, ut lactucæ.*[e] *Lactuca syluestris folio breuior, quàm satiua est, idq; consumatum aculeatur, & caule simili*

a. h. 7. 11
b. h. 7. 4.
c. h. 7. 5.
d. h. 9. 8.
e. h. 7. 6.

mili modo breuiori perficitur, succum acrem, ac medicatum habet.

a. h.9.12 [a] *Lactariarum plura genera, & quod maritimum granum appellant, folio est rotundo, caule, totaq; magnitudine ad palmum, fructu candido, demetitur cum uua nigrescere incipit, siccatusq; fructus tritus potui datur acetabuli tertia parte, mascula autem uocitata oleæ folio constat, & magnitudine cubitum æquat; huius lac cum uindemia incipit, exprimunt, & præpa*

b. c.4.7. *rato utuntur, purgat inferius. ([b] Hæc loto fructum similem parit, & arbor non est, sed frutex terrenus est) Myrtaria uerò cognominata candida, lactaria est, folijs myrti condita, uerum aculeatis parte postrema, sarmentula in terram demittens longitudine palmi, quæ nõ simul, sed alternatis annis fructificant, alia hoc anno, alia postero, quamquàm omnia eadem radice exorta, loca montuosa desiderat, fructus nux appellatur, demetitur cum hordeum turgesit. & exiccatus, purgatusq; datur elotus cum papaueris nigri duabus partibus, ita ut totum modo acetabuli sit. Trahit pituitam per aluum, at uerò si nucem ipsam placeat dare, trita dabitur ex uino dulci, aut cum sesema tosta, torrefactaq; commedenda. Ergo hæc folijs, succis, fructibusq; utilia constant.*

c. h.9.15 *[c] Lactaria ad medicamẽta utilis, ex qua Hippophaes, quod optimum confici apud Tegeam nouimus, maximeq; haberi in pretio.*

Lanaria

[a] *Lanaria spinosa est.* [b] *Et æstate floret, sicut con secratrix, flos aspectu pulcher, sed caret odore.* a. h.6.3. b. h.6.7.

[c] *Lappa amplexi caulis constat, sed si non habet, quibus accumbat, humi serpit, & humicaulis dici potest ceu petina etiam.* [d] *notabile & hoc in lappa est quæ suæ asperitatis causa uestibus adhærescit, ut difficile aufferri possit. Nascitur enim flos in eo ipso hirsuto, & aspero non exiens* [e] *neq; euidens, sed intus maturescens, & semen pariens, ut illis simile sit, quod in galeis, ac uiperis euenit, illa enim ubi intra se oua pepererunt, mox animalia gignunt, & hæc florem in se continens, concoquensq;, fructum deinde parit.* [e] *nonnulla etiam sunt, quæ plus inter aliqua ualeant, propria eorum putantur, exempli gratia. Eriuanga Erui, & Lappa Lentis, quod altera eruum potissimo uincat causa imbecillitatis, altera inter lentem, maximè coalescat, quæ quidem Eruangæ proxima est, etenim pari modo aggreditur, & herbam totam, ueluti bracchijs capessit, nec secus angit, atq; obstrangulat.* c. h.7.8. d. h.7.14 e. h. 8.8. Idem ferè de Lappa Lentis.c. 5.22.

[f] *Lappago folium iuxta aculeum gerit, ut phleum inturis, Ononis, Tribulus, Spinamuralis, & alia pleraque.* f. h. 6.4.

[g] *Larix radicem lignosam habet ueluti abies, & pinus.* [h] *& folia cum extremo, tum lateribus sinuata con cidunt, ut Cedri, & Cedriæ, quæ extremitate pungentia sunt.* [i] *Succi pingues. (*[k] *& in lachrymæ modũ)* g. h. 1.9. h. h. 1.16 i. h.1.19. k. h.9.1.

ut

a. h.2.2. *ut oleæ, lauri, nucis, amygdalæ, & cætera.* [a] *Verum ex semine larix tantum nascitur, ut Abies, &*
b. h.4.16. *pinus.* [b] *si quis larici cacumen auferat, uel palmæ, ste*
idē c.5.24. *rilescere ambæ uidentur, nec penitus interire.* [c] *Cor-*
c. h.5.1. *tex uerò detrahitur, ut abieti, & uere istæ ceduntur.*
d. h.9.2. [d] *Picem larix producit, ut pinus.* [e] *& cum perpetuo*
e. c.1.21. *uireat, serò perficit fructum, sicut omnes semper uiren*
f. c.6.17. *tes.* [f] *Et hoc adnotandum in larice, abiete, pino, & cupresso: quòd diuersi in his odores, saporesq; sunt, et in una, & eadem planta hoc patet.*

g. h.1.11 [g] *Laserpitium natura radicibus tota constare uide*
h. h.3 2. *tur.* [h] *et aliquando ex pluuiis orta est, in locis enim ubi*
idem fere.c. 1.5. *nunquam uisa erat, extitisse aiunt.* [i] *Verum cum ur-*
i. h.3.3. *bana plus fructificant. solum ex syluestribus urbanis maturiora, suauioraq; tradunt, Sorbum & cornum*
k. c.1.19. *scilicet, & ex minoribus.* [k] *quæ culturam non patiuntur ut Laserpitium, & Capparis, & in leguminum genere Lupinum, quæ quidem uel natura esse Syluestria*
l. h.6.3. *dixeris* [l] *uerum nunc in totum de Laserpitio indicandū est, cui radix multa, crassaq;, caulis quantus ferulæ, & craßitudine ferè proximus; folium quod maspetum uocant, apio simile est: semen latum foliaceum, scilicet, quod folium appellatur; caulis annuus, sicut ferulæ. Ergo uere ineunte maspetum hoc exit, & pecus eo purgatur, pinguescitq; uehementer, & carnes mirabilem in modum suaues redduntur post hac caulem edit*

hominum

hominum cibo idoneũ omnibus modis, elixum, assumiq́; corpora eo quoq; purgari ferunt. Quadraginta diebus succus capitur duplex, alter ex caule, alter ex radice. Qua de causa alterum Scaparium, alterum radicarium uocant. Radix nigro cortice tegitur, eumq; detrahere solent, sunt ueluti certæ mensuræ cedendæ radicis, quibus quantũ conferre putetur ad futuram cæsurã reseruantes, reliquum abscindunt. Nec .n. deuie, neq; plus constituto cædere licet: corrumpitur enim putrescitq́; , si diu mansit, præparant id, conficiuntq́; in Pyræum portum aduectum hoc modo: Cum in uasis coniecerint, farinamq́; admiscuerint; quatiunt longo spatio temporis: hinc etiam colorem capessit, & conditum iã incorruptum perdurat. Præparatio, cæsuraq́; ita se habet: locum Africæ amplum occupat, ampliorem, quam quatuor stadiorum milia in hortis Hesperidum seruut: sed maiorem partem colligi apud Syrtes. Peculiare huius culta fugere loca proditur, quamobrem si colatur, mitescatq́; solũ; deuiat atq; omnino degenerat: ut pote natura culturæ aspernans, ferocitatisque constans ueneraculum. Cyrenenses annis septem prius, quàm ipsi urbem habitarent, Laserpitium extitisse affirmant. Habitabant uerò annos maximè trecentos, usq; ad Simonidæ Athenis magistratum. illi sic referunt. Alij radicem Laserpitij cubitalem fieri tradũt, aut paulo maiorem: Hanc in medio extuberare in ca-

R put

put, quod sublime penitus extat, ut ferè super terram esse appareat: Vnde primum quod lac appellant erumpit, dein caulis assurgit, ex quo magydaris, & quod folium dicitur, exeunt: folium id semen est, quod cum Auster ingenue post caniculam flauerit, discutitur: atq; ita laserpitium nascitur, eodemq; anno radix consumatur, & caulis: Sed hoc haud quicquam peculiare notetur: nam alijs quoq; idem tribuitur, ni dixeris, quòd discussum id protinus nasci potest, ortum peculiarem sortiri, supradictisq; præterea diuersum accipi posse. Ad hæc circunfodiendum id annuum censent: Nam si relinquatur semen omne, caulemq; totum proferri, & deteriora tam hæc, quàm radicem reddi existimant: Defossa autem fieri meliora scilicet solo subacto, beneq; gluto. Sed huius contrarium illi uolunt, qui culta recusare id inquiunt. Mandi quoq; radices in aceto recens decisas referunt, folium colore aurum æmulatur. contrarium etiam quòd pecora folio esitato purgari minimè indicant; nam & uere, & hyeme pecus ad montem dimitti affirmant. Cibus non solum hoc, sed etiam altero quodam abrotano simili administratur Vim ambo calefactoriam sortiri planè uidentur, & purgare quidem nequaquam ualere, exiccare autem, & concoquere unice posse. Quod si qua pecus ægrescens, aut aliàs minus benè se habens ingressa sit, mox eam sanari, aut emori aiunt, sed magna ex parte posse seruari.

seruari. hæc igitur utra tandem sint modo quærendum. Quod uerò magidarim uocant, nimirum à Laserpitio differt; tenerius enim, minusq; uehemens. Id sentire, & sine lasere est· necnon & aspectu manifesta experta homini constat. Nascitur in Siria, nam apud Cyrenam & monte Parnaso largè prouenire eandem affirmant, sed quidam Laserpitium, id appellant; An culta id quoq;, modo Laserpitij fugiat quærendum. [a] *Verum apud montuosa nascitur.* [b] *Et lachrymam tum in radice, tum in caule habet, & gustu lachryma Laserpitij uehemens est, modo ipsius Laserpitij. Quod enim Laser uocant, lachryma est.* [c] *Quorum autem & caulis, & radix inciditur, horum caulis antea ferrum recipit, ceu Laseris. Eorum deniq; succum alterum cauliam, alterum radiciam uocant præstantior radicias est; purus enim, translucidus, & siccior, caulias uerò humidior, & ideo farinam ei inspergunt, ut satis coagulari possit. Incisuræ tēpus idoneū Pœni nouere. Laser enim illis legendum natura largita est.* [d] *Verū uis omnis medica uel in radice, uel fructu, uel ramo, respondent his, quæ in gustatu quandā uehementiā monstrāt, ut Laser, Capparis, Rumex, Satureia, et Cunila, & Thymū. Sed de lasere, et lupino eadē ratio est. Laser enim non æquè uehemens est, quia copiosiori, humidiorq; alimento uescatur, Lupinum syluescens, atq; luxurians redditur infœcundum.* [e] *folium laseris sua*

a. h. 6. 5.
b. h. 9. 1.
c. h. 9. 1. idem fere. c. 6. 17.
d. c. 3. 1.
e. c. 6. 19.

ue, fructus mollis est propter humorem.

a. h. 1. 8. *[a] Laurus cortice tenui est, ut etiam Tilia. [b] Et*
b. h. 1. 9. *radices crassiores, æqualiores alijs habet, sicut olea.*
c. h. 1. 13 idem. 5. 4. *[c] uerum enodis est, sicut Iuncus, & aliæ, quæ corti-*
d. h. 1. 15 *ce leui, & corpore concauo, lassoq; surgunt. [d] Viret & Laurus ex urbanis perpetuo, sicut palma, Myrtus,*
e. h. 1. 18. *& aliæ. [e] sed lauro caro in nucleo est, sicut oliuæ, &*
f. h. 1. 19. g. h. 1. 24. *alijs. [f] succus pinguis est. [g] & arbor hæc inter urbanas*
h. h. 2. 3. *reponitur. [h] Aliquando Laurus, & myrtus degenerant, nec colorem quidem seruant, sed ex fructu rubro*
i. h. 2. 7. *fieri nigrum inquiunt, ut in Antandro. [i] uerum serere crebras lauros, punicas, & myrtos præcipiunt, & nõ*
k. h. 3. 4. *plus, quam quingentos pedes distantes. [k] Et ex syluestribus perpetuo uirent. [l] Et ante fauonium, uel statim*
l. h. 3. 6. *post fauonium germinat, sicuti alnus.*
m. h. 3. 8. *[m] Laurus uuam producit, et fructifera est, quanquam non omnis, sed genus quoddam, uerum sterilis*
n. h. 4. 6. *copiosius, quàm masculam nonnulli appellant. [n] Sed loca feruida amant Laurus & mirtus, & minimè in frigidis durare affirmant, minusq; myrtũ, argumentoq; capiunt. Quod in Olympo Laurus multa, Myrtus nulla omnino. in Ponto autem toto neutra est, quanquam summo studio, omniq; solertia serere conãtur ad usus religionis. In Propontide uerò Myrtus, & Laurus montibus, multis in locis prouenit sed fortasse sunt*
o. h. 4. 8. *etiam, quæ locorum propriam poni debeant. [o] In mari*

rubro

rubro Laurus exit, & ex toto similis est Afric.[a] *sed sunt quædam, quæ senescunt quidem, putrescuntq; uelocius, sed ex ijsdem latere suo germinant, ut Lauri, mali, punicæ, & auidarum aquæ pars maior.*[b] *Laurus & brassica uitem offendunt, olfacere quippe eam, & attrahere dicunt; quamobrem germen cum illis propinquum fuerit recedere, atq; auerti; ut potè inimicũ fugiens odorem.*[c] *Ex Lauro seniles, & pulchros, & præleues baculos faciunt.*[d] *Latinus ager aquis totus abundat, & plana laurum, myrtumq; habet.*[e] *Et ex ea terebrum faciendum censent.*

a. h.4.14.
b. h.4.20
c. h.8.5.
d. h.5.9.
e. h.5.ultimo.

[f] *Laurus tenuifolia figura similis est Sorbis.*[g] *Laurus latifolia folium molle, atq; oblongum habet, sicut Sambucus. Vide sambucum.*[h] *laurus etiam propter tenuitatem auulsione germinare nequit, nisi difficile, causaq; eius quoq; siccitas est, atq; raritas. Quod .n. raro, lassoq; corpore constat, infirmius est, quàm ut humorem, caloremq; seruare diutius possit. Verum propter regerminationem à radice, robustior est, & mori contumax.*[i] *Sed fœminæ arbores facilius augeri possunt, quàm mares. (ut etiam in nomine præcipue uideri potest) quoniam natura humidiores, solutioresq; creauerit, punica enim, & ficus, & uitis auctu faciles sunt, cupressus, laurus, pinus, & olea difficiles. quanquam ex his quædam meatuum rectitudinem habeant, uerum aut densitas, aut utrunq; impedimento*

f. h.3.12.
g. h.3.13.
h. c.1.3.
i. c.1.9.

est,

est, facit enim & siccitas ne satis augeri possint. Ad hæc imbecillitas plerisque in causa est; nam quæ debilia
a. c.2.15. sunt, difficile augeri, nutricarique possunt. [a] Laurus facile perit, quamuis non copiose fructificat (uitam enim longiorem habent arbores infœcundæ) sed in lau-
b. c.2.23: ro ob raritatem, infirmitatemque hoc patet. [b] hoc etiam
item c.5.4. ostentum narrant, aliquando laurum in Platano or-
c. c.2.26. tam esse. [c] uitibus laurus nocet, sicut braßica. [d] Et
d. c.3.8. umbram amat, sicut pirus, & punica. [e] Et aliquan-
e. c.5.4. f. c.5.11. do sponte nascitur, & fructu suo creatur. [f] Et licet
g. c.5.18 breui putrescat, tamen non breui uermiculatur. [g] a ge lu non facile corrumpitur, quam uis rara, sed resistit,
h. c.6.22. perduratque sui caloris potentia. [h] fructus lauri pinguis sentitur, sicut etiam abietis, pini, & piceæ.
i. h.1.16. idem 3.17. [i] Laurus Alexandrina fructum super folijs gignit.
k. h.8.3. [k] Leguminum alia folia rotundo constant, ut faba, maxima ferè pars, alia oblongiori, ut Pisum, Cicer, Cicera, & reliqua huiusmodi. alia item neruata, alia sine neruo, uena. sed omnia uide suo loco.
l. h.3.11. [l] Lecticrotaria Aceris species est.
m. h.2.5. n. h.6.2. [m] Lens ut crassescat paxillo dimittitur. [n] & plura
o. h.8.1. sunt eius genera. [o] & serò seritur, sicut aphaca, & pi-
p. h.8.3. idē c.4.16. sum. [p] Caulis lentis in latus potius tendit, ut Ciceris, & Erui, & maximè inter Legumina fertilis est. & summatim quæ semen ferunt pusillum, copiosius fer-
q. h.8.5. mè fructificant, ut etiam inter olera Cuminum. [q] Se-

men

men profert leuiter latum, ut aphaca. [a] *uerum legumẽ hoc secundum loca coctibile, & incoctibile fit, sicut faba, sunt enim loca permulta, quæ semper legumina coctibilia ferant, & alia, quæ incoctibilia.* [b] *lens suo hu more animal creat, sicut lenticula, & pisum, & alia.* [c] *uerum lappa, quæ simul prouenit, lentẽ interimit, & hoc euenit, quia pabulum tollit, tam quod terra ministrat, quam quod à sole, & aere ueniat.* [d] *Et cum præ arida lens sit, sine ullo odore est. Lens ampla efficitur, si semen stercore bubulo in uolutum seratur.* a. h.8.9. idẽ c.4.13. b. c.4.16. c. c.5.22. d. c.6.13.

[e] *Lentiscus lachrymam gignit, quæ masticam reddit.* [f] *Et omnia, quæ lentisco, aut scyllæ inserta terræ mandantur, meliora euadunt; etenim utraq; humorem, caloremque aliquem habet, & fit ueluti in sitio quædam.* [g] *Adde etiam, quod minus uermiculationem sentiunt, odoris, ferui orisq; causa.* e. h.9.1. f. c.5.7. g. c.5.11.

[h] *Ligusticum ad unguenta idoneum est.* h. h.9.7.

[i] *Lignum illud dicitur, quod fissile est.* i. h.1.4.

[k] *Lilium & rosa caulibus concisis, ut etiam gramen exeunt.* [l] *flos lilij uariari liquido patet, & purpureus est, uerum omnia unicaulia ferè assurgunt, bicaulia rarò, quod Cæli terræq; rationi attribuẽdum est. Singulis caulibus aliàs unum lilium, alias plura exeunt: pars enim postrema effundit; sed hæc rariora, radice copiosa, carnosa, orbiculataq; adhæret, fructus detractus germinat, & lilium reddit, uerum minus; facit* k. h.2.2. l. h.6.6.

a. idem h. 9.1. cit & [a] lachryma cæcum quoddam confluutum, quod
b. h.6.7. etiam ferunt, ut dictum est. [b] Exit autem nonnunquã
uere cum uiola alba, aut paulo post.

c. h.8.7. d. c.3.21. idem 4.6. [c] Linum lolium gignit. [d] fit enim mutatio, & linum
lolij speciem capessit. hæc ergo mutatio, si uere aiunt,
corruptio quædam propter humoris nimietatem esse ap
pareat, fit enim cum imbres incesserunt, mutato autem
principio diuersum fit, quod inde erumpit, necesse est:
lolium uerò aquam uehementissimè amat.

e. h.1.8. [e] Linogenistæ cortex multiplex tunicis cadit.

f. h.5.22. [f] Limodorum fœnum græcum interimit protinus ra
dici adnascens.

g. h.6. ultimo. [g] Lirium quod sine odore est, autumno florere in-
h. h.7.12 cipit. sicut Crocum montanum. [h] semine uerò exit, si-
i. c.1.4. cut astula regia, pugio, & bulbus, [i] lirium carnis,
succiq; bonitate uacare minimè debet, ceu amaracum
recens, & cætera generis eiusdem, has enim tantum
k. c.1.10. modo radices seri, transferriq; posse uidetur. [k] Verum
aculeis constat, & radice in caput excrescit, ceu ne-
l. c.6.21. pa, Tiphyum, & spina regia. [l] Excoctio in flore est,
& odoris grauitatem suis quandam præsentat, ut Li-
lium, & eiusmodi.

m. h.1.8. Idẽ c.2.21. [m] Lolium ex lino gignitur. uide Linum. [n] necnon tri
n. h.2.5. ticum in lolium transit. [o] uerum cum arandi tempora
o. h.8.5. uniuersi frumenti duo uidentur statuere, alterum hyber
num, alterum uernum, quo etiam legumina serunt.

Ad hæc

Ad hæc in genere frumeotorum aliud purum lolij nascitur, ut Ponticum, & Aegyptium: purum & siculum satis, & præcipuè agrigentinum sine lolio exit, [a] *Lolium uernum nequaquam esse, quemadmodum reliqua herba, quod quidem affirmare conantur, rationibus illis constat. Confestim enim hyeme ineunte id exortum patescit, multisq; differt. habet namq; angustum folium, & pilosum, & pingue, eiusq; peculiare pinguitudo notatur, pilositas enim Auenæ etiam datur. Hoc igitur proprium eorum animaduersum est, atq; etiam lini: nam uel ex hoc ipso lolium fieri uolunt.* [b] *nascitur etiam ex hordeo, & tritico corruptis, uel si id minus, nasci quidem inter triticum solitum esse nulli dubio est. & Syluestre penitus est.* [c] *licet inter triticũ, & ordeum proueniat, sicut auena.* [d] *uerum non solum ex tritico lolium fit, sed etiam ex lolio fit triticum, & mirandum sanè est. quamorbem his ipsis ut ratione uacantibus persuasum quibusdam est, nullam mutationẽ eiusmodi fieri posse, sed frequentia imbrium lolium prouenire, atq; consistere, quod etiam per se facere ipsum, patescit locis admodum pluuiis. (* [e] *ut sponte nascatur) nullo penitus tritico, ordeoq; disperso: Sed obiectiones istæ conuinci à rebus ipsis plane uidentur. permulti enim (ut aiunt) cum triticum, uel hordeum seruissent, lolium messuerunt; Ergo generis illam mutationem ratione utraq; fieri posse, id est seminis alteratio,*

a. h. 8. 7.
b. h. 8. 8. Idem c. 4. 1.
c. c. 5. 22.
d. c. 4. 6. Idem c. 5. 3
e. c. 4. 17.

atq; radicis debemus statuere. Ad hæc homines experti rem rusticia, folium protinus nascens lolij esse affirmant, quod sit pinguius, & uiridius, & angustius, nec postmodum in eiusmodi formam transire.

a. h.7.9. *[a] Lotus herba in caule tantum foliata est, sicut crepis, nigella, foliosa, & uiola alba.* [b] *Et licet nomen*
b. h.7.14 *unum habeat, tamen plura sunt eius genera, ut fermè æquiuoca sint, folio, caule, flore, fructuq; discreta.*
c. h.9.7. [c] *ad unguenta loto utuntur, sicut Caßia, Cinamomo,*
d. h.5.5. *& alijs.* [d] *Ex loto arbore simulachra sculpere solent,*
e. h.4.10. *ut ex Cedro, Cupresso, & Buxo.* [e] *lotus Aegyptia in planis parte maxima prouenit, cum rura inundantur huic natura caulis similis fabæ, & fructus eodem modo, uerum minores, gracilioresq;. Nascitur fructus in capite modo quo in faba, flos candidis lilijs foliorum angustia pruximus; multi, ac densi promiscui exeũt, sole occidente se comprimunt, caputq; integunt, ad ortum aperiuntur, & super aquam assurgunt, idq; facit, dum caput perficiatur, floresq; defluant: Capitis magnitudo quanta papaueris maximi, & percingitur incisuris, non alio modo, quàm papauer, nisi quod in his fructus frequentior habetur, qui milio non absimi-*
f. c.2.26. idem. *lis est. In* [f] *Euphrate caput, floresq; mergi referunt, atq; descendere usq; in medias noctes, tantumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu capere sit: diluculo deinde redire, & ad diem magis, Sole Orien-*

te

te iam extra undas emergere, floremq́; patescere, quo patefacto amplius insurgere, ut plane ab aqua absit alte. Aegiptij capita ipsa acerius putrefaciunt, cūq; tegumenta putreuerint, in flumine lauando separant fructum, & siccantes pinsentesque panem faciunt, eoq; cibo utuntur. Radix loti Corsium appellata rotunda est, cotonei mali amplitudine. Cortice nigro quali nux castanea tegitur, corpus internum, candidum, elixum, assumq́; in specimen albumenis uertitur, gratum cibis, mādıtur etiam crudum sed gratius decoctum seu aqua, seu pruna. Quæ non nisi in aquis comperiri queant, tot fere explorata habentur; locis autem arenosis haud procul à fluuio nascitur terrenum, quod mali nathallam appellant figura rotundum, magnitudine Mespili, sine nucleo, sine cortice: folia ut gladiolus mittit, hæc incolæ legentes in brito hordeaceo decoquunt, dulcia admodum efficiuntur, hisq; pro bellarijs utuntur. Omnia nascentia inibi bobus, pecoriq́; cibo idonea sunt. Sed inter omnia genus quoddam præstantius stagnis, paludibusque exoritur, quod & uiride pascit, & siccatum bobus hyeme præbetur. Est etiam aliud frumentis sponte internascens, quod cum sincerum à frumento secreuerint leuites pinsentes, hyeme solo humescente serunt: editum metunt, & siccant, atq; ita bobus, equis, iumētisque, id quoq; cum fructu subnascēte, pabulo præbent, fructus magnitudine sesamæ, ro-

tundus, colore uiridis, bonæ frugis maiorem in modum
a. c.4.7. *hæc ferè in Aegipto superuacua notari possunt.*[a] *uerum loti semen non simul nascitur, sed particulatim, ut bulbi, & auenæ, & tale est, quod uel certè fructum complectitur, ut facile absolui non possit, neq; parem capere crassitudinem: sed lotus arbor fructum proximum loto herbæ parit.*

b. h.6.7. [b] *Lucernula florem æstate mittit, ut Iouis flos, Cerinthus, iphium, sansucum, & phrigium.*

c. h.1.7. d. d.1.13 [c] *Lupinum loca frigida, & niuosa amat.*[d] *Et mandi difficile potest, & si sub alta seratur materia. radices obsistentes summum uersus terræ perscindit, ualenterq; germina edit*[e] *uerum culturam non patitur, & inter syluestria potius est reponendum.*[f] *mature uero seritur, post aream enim serendum protinus censent.*[g] *et ex eadem parte radicem fundit, & caulem, qua etiam nexus siliquarum consistit, inq; ea ueluti principium quoddam germinandi haut quaquam obscurum, quod in quibusdam uel ad mentulæ formam effigiatum sanè inspicere possis, ceu in faba, & Cicere, sed maximè in lupino, his enim radix deorsum uersus, folium uerò & caulis sursum tendunt.*[h] *siliquas uerò magnopere circumseptas habet, & concauas.*[i] *Et cum cicer & eruũ omnium maximè durat, Lupinum longe his diuturnius est, atq; etiam in siliquis nondum messum maximè durare potest, sicut in spica nondum messum triticum.*[k] *Et*

e. h.3.3.
f. h.8.1.
idem ferè c. 4.6.
g. h.8.2.
h. h.8.5.
i. h.8.10
k. h.8.11

licet

licet robustißimum sit, tamen nisi protinus, [a] *ab area terræ mandaueris, male proueniet, quemadmodum dictum est, atq; in totum condi hoc legumen subter terram recusat: Qua de causa ne subarantes quidem id serunt, & sæpe si in materiem, aut herbam prædensam quampiam incidat, eam ut summa impellendo deducit, radiceque terram contingit, & germinat: solum arenosum, & uitiosum potius poscit, atq; in totum cultis prouenire non uult.* [b] *uiribus enim ualet terram disiungere, & sese abscondit.* [c] *uerum cum leui, graciliquè corpore constet, facilè arbores scandit, & offendit, ut Volucrum, & siliqua.* [d] *Lupinum uerò syluescens, atq; luxurians redditur infœcundum.* [e] *Et incoctile, qua si toto est.* [f] *Lupinum propter amaritudinem, acritudinemuè longo tempore durat.* [g] *Verum post dies feruentes aere humefacto mane demetitur, quoniã si prius tangatur decidit, & capi non potest.* [h] *& nunquam sponte sua tunditur, sicut milium, Auena, lolium, sesema, & cicer.*

a. c.4.8.
b. c.2.23
c. c.2.25.
d. c.3.1.
e. c.4.1.
f. c.4.2. Idē c.4.16.
g. c.4.14.
h. c.4.17

M

a. h. 9.13 
Adonia[a] radix Nymphææ est. uide Nymphæam.

b. h.1.11. *[b] Magidaris radice tota constare uidetur non aliter ac Laserpitium.[c] licet à laserpitio dif-*
c. h. 6. 3. *ferat. Vide Laserpitum.*

d. h. 1. 52 *[d] Malua ob culturã diuersa efficitur, atq; à sua natura discedit, in altum enim se attollit, atq; in arborem transit. Quippe ita fit neq; tempore longo, sed mensibus senis, aut septenis, ita ut longitudine, craßitudiniq; instar hastæ poßit grandescere; quapropter commodè ad usum baculi uenit, tempore uerò longiore exacto pro ratione magis quoq; incrementa capeßit, & simili modo de Beta.[e] quæ uel arboris figuram capeßit.*
e. h.1.14.
f. h.7.7. *[f] coquitur malua, & cibo idonea est, ut Beta, Ru-*
g. h.7.8. *mex, Vrtica, & aliæ.[g] Verum annicaulis est, ut*
h. c.2.26. *Scandix, cucumis syluestris, & solaris.[h] folia maluæ aßiduæ circumaguntur cum sole, seq; eodem inclinant, quò sol perferatur, ut etiam alia multa.*

i. h.9.13. *[i] Malum Terræ olfatu, odoratum, gustatu uehe-*
idem.9.22. *menter amarum est: colore nigrum, nascitur montibus optimum quoq;; folio constat muris auriculæ simili, tamen rotundiori; perutile ad caput, & reliqua ulcera, & ad serpentes, & ad somnum, & ad alia multa; Vlceribus capitis adhibere præcipiunt in aqua subaclum*

ctum, reliquis rasum in melle, & oleo: contra ictus serpentium ex uino acido bibi debet, atq; inspergi morsui; ad somnum in uino nigro austero pertritum datus. Si uulua prociderit, decocto abluisse iuuabit; [a] *uerum utile est quinq; aut sex annis.* [b] *Et apud Arcbades etiam nascitur, & medici eo utuntur.* a. h.9.14 b. h.9.15

[c] *Maspetum. uide Laserpitium.* c. h.6.3.

[d] *Malus nisi sæpius purgetur deterius fructificat.* [e] *Verum cortice leui constat, ueluti ficus.* [f] *radices uerò paucas habet, ut punica; & summæ terræ adhærētes.* [g] *malo profecto nodi peculiares sunt, faciebus.n. belluarum similes extant, unus prægrandis, alij circa eum parui complures.* [h] *cuius uerò caudex simplex, & illico in ramos spargitur.* [i] *folia carnosa sunt, quia pulpa constant* [k] *semina distantia, atq; discreta, tamen putamine aliquo, aut tunica continentur, sicut semina punicæ, piri, uitis, mali, & fici* [l] *succus uerò quorundam malorum acidi sunt, ut punicorum, licet omnes, qui uel huic generi contribuantur uinosos putādum, ut etiā aquosos, ut uitis, piri, mali, & aliorum.* [m] *flores uerò foliati sunt, ut amygdalæ, piri, & pruni.* [n] *uerum eos flores super fructum ipsum insidentes emittit, ut punica, myrtus, prunus, & amerina. Sed inter flores mali medicæ, qui ueluti colum quandam erectam i.. medio habent, fœcundos hos fere affirmant, qui uerò non habent, hos fore infœcundos.* [o] *malus, & pirus ra* d. h.1.5. e. h.1.8. f. h.1.9. g. h.1.13 h. h.1.14 i. h.1.16 k. h.8.18. l. h.1.19. m. h.1.21 n. h.1.22 o. h.2.1. idem. c.1.3

a. h.2.3. *rò ex ramis exurgit*[a] *Quædam uerò interim sata dege-*
b. h.2.7. *nerant, ut uitis, malus, ficus, punica, & pirus.*[b] *Ve-*
rum malos paulo distantiores Lauro, & myrto, sere-
c. h.2.9. *re debēt.*[c]*fructū uerò antequā coquāt amittere possunt,*
d. h.3.6. *Amygdala, malus, punica, & pirus*[d] *et primis frigo-*
e. h.4.6. *ribus sua perficit poma.*[e] *Et in monte Olimpo permul*
f. h.4.14. *tæ habentur.*[f] *Sed breui profecto uiuit malus punica,*
Idem h.4.16. *& ficus, & præcipue uerna, & dulcis minus, quam*
acida, ut inter punicas quæ nucleo caret anteriori.
g. h.4.17 [g] *Sed non ita facili infestantur malus, amygdala, & pi*
h. h.4.19. *rus, ueluti ficus, quæ facilè infestatur.*[h] *licet caudice*
fisso intereant, immo ab ulcere ampliori, altioriq́;.[i] *cum*
i. h.5.4.
k. c.1.10. *raræ corpore sint.*[k] *Et facilè floret.*[l] *Verum inculta*
l. c.1.17. *priusquam culta germinare incipiunt, ut malus, uitis,*
olea, ficus, & reliqua.[m] *Quæ quidem omnia pruden*
m. c.3.2. *tes agricolæ, generatim distingunt, sicut & in ratio-*
ne purgandi alia ferro, alia manu, alia quibusdam adū
cis detrahenda præcipiunt, ut oleæ, piri, mali, ne labo-
rent ulceribus propter ramorum gracilitatem, & sicci-
tatem, his enim præ arida, & tenella detrahi tantum-
n. c.3.3. *modo iuuat.*[n] *Autumno uerò ea haud serenda sunt,*
quippe cum sicca natura consistant, hyemen ob debilita
o. c.3.10. *tem sufferre non ualent.*[o] *minus uero recidi desiderant,*
quoniam plagis infirmantur, ut malus, & pirus, &
quicquid, siccum, & cortice tenui uestitum est.[p] *sunt*
p. 4.12. *autem in singulis generibus aliæ præcoques, aliæ sero-*
tinæ,

tinæ, ut uitis, ficus, malus, & pirus. [a] *fructuum magnitudo, quos ramis suis annexos, ollis inclusos flexu sequaci deductos in terram obruunt, ceu punicarum, aut malorum ratione contingit. quantum enim humoris à sole, aereq; detrahitur olla coercendo utiq; seruat, & simul uaporem ex humo attrahit fructus, quo se alere potest.* [b] *Verum cum nulla sint ferè, quæ à uermibus non infestentur; alia tamen pluribus, celeriusquè intereunt, ut malus, ficus, & pirus.* [c] *sed ad summam uitis, punica, amygdala, olea, & malus non solum discissionem tolerant, sed etiam fissionem Caudicis. cætera omnia fixo caudice intereunt.* a. c. 5. 5. b. c. 5. 11. Idem ferè c. 5. 13. & addit fructus uermiculos senti re. c. c. 2. 23.

[d] *Malum persicum in Persia prouincia nascitur, et hæc arbor folium simile, & penè æquale atq; Portulaca, aculeos quales pirus, aut spina acuta, sed leues acutosq; uehementer, & ualidos. Pomum eius non manditur, sed odore præcellit, necnon & folium arboris odoratissimum est. Et si inter uestes pomum ponatur, in offensas conseruat. Utile & cum medicinam mortiferam quis biberit, uel ad oris suauem olentiam; quippe si quis interna pomi in iure, aut aliquo humore concocta in os expresserit, digesseritq; suauem halitum reddet, semen detractum uere sulcis seritur, diligentissimè cultis; rigatur deinde quarto, aut quinto die, cum autem moiuscula fuerit, transfertur uerè iterū ad molle riguumq; solum, nec ualde tenue, tale enim deside-* d. b. 4. 4.

rat, fert poma omnibus horis, alijs decidentibus: alijs subnascentibus, alijs maturescentibus: floribus his tan

a. h.1.22. tum fructus enascitur, qui (ut [a] diximus) ueluti colum quandam extantem in suo medio gerunt, qui enim ea ca reant, infœcundi labuntur. Seritur etiam fictilibus in uasis perforatis, quemadmodum palma.

b. c.1.11. [b] Maloperfica omnibus temporibus germinat, & floret, & fructum parit; sed uide etiam Persicum.

c. h.4.16. [c] Malus uerna ex omnibus infirmissima est, & ea-

Idem.c.2.17 rum potissimo dulcis. [d] Verum hæc si rigetur melio-

d. c.3.23. rescit.

e. h.4.4. [e] Malus medica peculiaris in prouincia Media na-

f. c.1.22. scitur, ut Malaperfica in Persia. [f] Verũ hæc perco quere, germinare, florereq; simul potest, & alijs, atq; aliis partibus ualet. Malus enim medica pleniorem quã dam, & peculiarem certè sortitur potentiam, siquidẽ hæc agere potest perpetuo.

g. c.2.11. [g] Malus sæpissimè fructus deperdit. [h] & ex toto

h. c.6.21. penè fructus, qui gustu suaues sunt, bene olent, nam

i. c.6.22. & malum, & pirum, & Mespilum tale est. [i] Sed cum aliquid concoctionis per se ipsa recipiant, fit, ut à suis decerpta arboribus odoratiora reddantur, sicut ma

k. c.6.24 la, & alia. [k] fructus autem agrestes odoratiores urba nis sui generis sunt, ut mala, pira, sorba, mespila, & reliqua, & ipsorum malorum tam syluestrium, quam urbanorum, quæ acerbissima sunt, suauissimè olent.

At qui

Atqui cum odor per concoctionem acquiratur, quae maxime cocta sint, haec olere melius putaueris oporte-re.[a] ex dulcibus nullus fere bene olet, ita & mala dulcia minime omnium odorẽ reddunt, & eo minus, quo dulciora sunt. Ratio, quod succus dulcis crassior, atq; terrestrior est, praesertim cum mistus fuerit in fructu, odor autem humoris tenuioris, siccioris, aptiq; difflari potius est.[b] Mala syluestria humorem, saporemque suum sero recipiunt; & ideo non ita maturescunt, sed decerpta arboribus maturescere possunt, ut pirum agreste & sorbum, & si non eadem maturitate, quàm arbore, tamen ita aliquid dulcedinis capiant, ciboq; reddantur idonea, siue putredinẽ genus hoc maturitatis deceat appellare, ut in drupis oliuis, seu etiã alium quempiam habitũ naturalem.[c] Verum mali raritas prohibet congelationem, facit enim raritas arboris, ut frigus transeat, nec aliqua parte arceatur.

a. c.6.22.
b. c.2. 10
c. c.5.17.

[d] Mandragora caule proximiori ferulae constat, et fructus peculiaris, quod niger, racematus, uinosusq; sapore sentiatur.[e] Verum eam antequam effodienda sit, ter ense circunscribere iubent, & alterum succidere ad occasum spectando, alterum circumsaltare, plurimaq; de re uenerea dicere, quod maledictis, & execrationibus sane proximum est, quas satui cumini necessarias putant,[f] sapores mandragore somnum conciliant, & si copiosius dantur, mortem afferunt.

d. h. 6.2.
e. h.9.9.
f. c.6.4.

a. h.3. 9. [a] *Melleus humor cœlo cadens alijs magis nõ insidet frontibus, quam roboris.*

b. h.4.13 [b] *Mariscus genus est Iunci. Vide Iuncum.*

c. h.9.19 [c] *Marifica herba. Vide Fœminificam.*

d. h.9.12 [d] *Maritimum Granum genus Lactariarum est. Vide Lactariam.*

e. h. 6. 1. & 2. [e] *Marrubij duo sunt genera, aliud folio herbido, serratiori, incisurisq; profundioribus, & proinde conspectioribus discreto constat, quo unguentarij uti ad nonnulla consueuerunt. Alterum rotundius, squallensq; uehementer, sicut Sphaceli, incisurasq; habens obscuriores, minusq; serratum.*

f. h.1.4. [f] *Matrix est, quod in medio ligni tertium à cortice continetur, ueluti medulla in ossibus.*

g. h.8.8. [g] *Medica herba uocata Stercoris, & urinæ causa perit.*
h. c.2.20. [h] *uerum diminuta & tonsa, melior redditur, ut porrum, braßica, lactuca, & ocimum, hæc enim omnia teneritatis, alimentiq; probi ratione meliora, sapidioraq; euadunt.*

i. h.9.11 [i] *Melampodium Ellebori species est. Vide Elleborum.*

k. h.8.5. [k] *Melampirum propriè siculo agro datur, & res innocens est, nec sicut lolium graue, & caput tentans.*

l. h.7.14 [l] *Melfrugum loti species est.*

m. h.3.18
n. h.6.1. [m] *Melorum fructus similes smilaci habet.* [n] *Et*

eius

eius plura sunt genera.

[a]*Mesiflora in Lacu Orchomenio nascitur, ut Icma, & quod ipnum appellant.* a. h.4.11

[b] *Mentam fructu carere omnino affirmant, ut serpillum, belenium, & sysimbrium; saepe enim haec exiccata tritaq; seruisse se inquiunt, sed nunquam germen erupisse.* [c] *uerum ex Sysimbrio fit mutatio in mentam, nisi cultu retineatur.* [d] *licet illud quoq; naturae aduersum sit, menta enim radice alta firmatur, Sysimbrium per summa Cespitum innititur, nec tam numerosam radicem sortitur.* b. h. 6.7. c. c.5.8. c.2.21. c.4.6. d. c2. 22.

[e] *Mentastrum inter olera reponitur, & cibo idoneum est.* e. h.7.7.

[f] *Mespili tria sunt genera, Anthedon, Setanea, Gallica, ut Idaei diuidere consueuere. fert Setanea fructum grandiorem, candidiorem, solutiorem, lignumq; intus mollius habentem. Reliquae minorem, sed odore praestantiorem, magisq; gustu astringentem, ita ut seruari diutius possit.* [g] *Verum fructus Mespili uermiculationem sentit, sicut oleae, piri, mali, & punicae.* [h] *tamen quia acerbus est, diutius seruari potest decerptus.* [i] *bene uerò olet, quia gustu suauis est.* [k] *Sed syluestris fructus mespili odoratior urbano est.* f. h.3.12 g. h.4.17 h. c.2.10. i. c.6.21 k. c.6.24.

[l] *Milium in folliculo ex annuis durat, ueluti Triticum.* [m] *& in aestiuis seritur* [n] *Caulis milio & panico arundinaceus est, & inter Legumina milium fertilissimum* l. h.1.18. m. h. 8.1. n. h. 8.3.

a. h.8.7. *mum est.*[a] *Panicum & milium minus aquarum indiget, nam cum plus habent, folia dimittunt, sed ualidius milium, dulcius panicum: quanquam infirmius*
b. h.8.10 *est.*[b] *radicem numerosam habet, & facile germinat, & celerrimè consumitur, & reseruari egregiè potest,*
c. h.8.11. *& etiam panicum.*[c] *fertur uerò in Media, Cicer, Lupinum, Eruum, milium, & reliqua id genus longè diutius durare posse, quod etiam locis Græciæ fieri*
d. c.2.17 *potest.*[d] *Verum cum milium paruum sit, feracius inuenitur, radicem enim ualidam habet, & multiplicem, et sic etiã de panico: quæ cum à principio exigua sint, multi proueniunt Caules, fructum quoq; abundè producunt, ratio autem est, quia facilius augeri possunt,*
e. c.4.2. *celeriusq; aeris qualitati obtemperent.*[e] *durat autem*
f. c.4.16. *plurimum, quia pluribus tunicis uestitur.*[f] *& Siccum*
idem fere.5 *est.*[g] *Verum aliquando sponte suæ naturæ traditur,*
g. c.4.17 *sicut Lupinum, auena, lolium, & reliqua.*

h. h.4.9. [h] *Mnasium in Aegypto nascitur, & cibo idoneum est, præstat enim dulcedine, copiaq; alimoniæ: sicut papyrus, & sari.*

i. h.9.15 [i] *Moly apud fucum exit, atq; apud Cyllenam esse, (quemadmodum Homerus dixit) affirmant, radice rotunda non absimili cæpæ; folio Scyllæ. Vsus eius contra Veneficia summa, non tamen effodi difficulter, ut ait Homerus.*

k. b.7.6. [k] *Montapium plurimum distat ab Equapio, & paludapio;*

paludapio; folio nanq; Cicutæ ſimile conſtat, radice tenui, caule anethi; minutiori tamen, datur in uino auſtero gratia menſtruorum.

[a] *Morbi communes arborum tales ſunt. Vermiculatio, Syderatio, radicatio, licet etiam ſint priuati, ſed uide locum citatum.* a. h.4.16

[b] *Morbi frugum communes rubigo eſt, licet quædã propria dentur quibusdam, ut Tabitudo radicis Ciceri, & uricarum infeſtatio, alijs etiam pulicum beſtiolarum eroſio; nonnulla etiam ſcabiæ, atq; ſalſugine pereunt, ut Cuminum, ſed abundè uide in loco prædicto, & de Cauſis lib. iii. cap. xxvii. & libro v. cap. ix.* b. h.8.10

[c] *Morus ſerotina germine eſſe ſolet, ſed nihilo (ut ita dixerim) tardius, quàm aliæ folia deperdit.* [d] *fructus eius ex humore, & uite conſtat.* [e] *Succus uerò uinoſus eſt* [f] *flores ſunt lanuginei, ut uitis, & hæderæ.* [g] *Morus (ut Meneſter uult) calida eſt.* [h] *& æterna potiſsimum arbitratur, ſimulq; ualida, & in operibus facilis, atq; uetuſtate nigreſcit, modo celtis.* [i] *Tornatur nauibus rotundis ex moro fit, ſicut ex fraxino, ulmo, & platano, teſtudo etiam, & auriculæ ex his fabricantur propter firmitatem.* c. h.1.15. d. h.1.18 e. h.1.19. f. h.1.21. g. h.5.42 h. h.5.5. idem 8. i. h.5.8.

[k] *Morus Aegyptia candice fructum gerit.* [l] *& ſimilis quodammodo moro noſtrati eſt. quippe folio magnitudine, aſpectuq; proxima. Pomum eſt magnitu-* k. h.1.1. idem 23. l. h.4.2.

dine

dine ficus, succo, atq; sapore caprificus sane simile, uerum longè dulcius, granisq; internis omnino carens, multitudine numerosior maturescere nequit, nisi scalptum; quòd unguibus ferreis scalpitur. quæ cum scalpta sint, ad quartum diem maturescunt: hisce ablatis, alia sub eodem loco subnascuntur nullo diuersa, idq; aliter, alii sæpius factitare affirmant: Lactucosa arbor admodum est, & ligno ad multa percommodo. Proprium id præter cætera habere uidetur, quod cæsum continuo uiride est. Siccatur autem in profundo aquæ mergitur enim in profundas fodinas stagnaq; protinus, atq; conditur, madefactumq; in profundo siccatur; cumq; siccum omnino fuerit, superfluitat, atq; innatat, itàq; probè conditum esse uideatur, fit enim leue, atq; solutum, morus proprietates has sortita est.

a. c.1.20. *[a] Morus non summatim, sed particulatim fructum per coquere solet, unde diutißimè perseuerat, nec hu-*
b. c.1.21. *moris tenuitas, atq; aquositas amittenda est. [b] & his de causis uelociter maturescere potest, sed ut Menestor autor est germinat serò hæc arbor propter loci frigiditatem, excoquit cito propter suam debilitatem.*
c. *[c] creat autem fructum quendam leuem, dilutumq;, &*
d. c.6.7. *minimè pro sua magnitudine amplum. [d] Verum morum acutum ex acerbo, & dulce ex acuto efficitur, quippe uinosæ dulcedini proximè adiacet sapor acutus, quamobrem qui quærunt, cur morum cum rubet, acutius est,*

quàm cum albeſcit, cum proprius tunc ad finem excoctionis ſit, non rectè quærunt, tunc enim ueluti generatio ipſius deſtinati ſaporis obtingit, prius autem cum albeſcit acerbitas remotior à dulcedine, atq; communior eſt: qua de cauſa & ſiccius albeſcens, humectius eſt cum rubeſcit, ceu iam ſuccum, ſaporemq; ſuum adipiſci occipiat. omnino quiſque fructus primum ſiccus conſiſtit, mox humeſcit: & hæc generatio eſt ſaporum, humore ſcilicet plenius influente, ac uelut articulato perfectius, & aßidue maiorem in modum augente. Quo fit, ut non temere maior pars fructuum acerba principio eſſe ſoleat, quoniam ſicca eſt.

[a] *Mulæ herbæ folium ſic uocatæ ſterilitatem mulieribus facere uolunt, & aliquid ungulæ, ac ſeminis muli animalis miſcendum præcipiunt; conſtat hæc folio linguæ ceruinæ appellatæ; radice numeroſa, & tenui, mõtanas planicies, & ſaxoſas amat, mulas hac herba plurimum delectari affirmant. Vſus eius uel ad lienes quẽ admodum uolucri.* a. b.9.19

[b] *Muricida. hæc herba muralis eſt.* [c] *Et neruicaulis eſt, ueluti fœniculum.* b. b.6.1. c. b.6.2.

[d] *Myrra in Arabia, Syria, & India naſcitur, ſicut aliæ plantæ odoratæ, ut Thus, Caßia, Laſer, et Cinnamomum.* [e] *Sed ſunt nõnullæ arbores, quæ Thus quæ Myrram præſtant, lachrymis enim hæc quoque annumerantur.* [f] *Et ſub cane Thus, & Myrram, fer* d. b.4.6. e. b.9.1. f. b.9.2.

a. h. 9. 1. uentissimisq; diebus incidi referunt. [a] Et tam sponte,
b. h. 9. 4. quam incisura prodire possunt. [b] Myrra arbor minor est altitudine arbore Thuris, & fruticosior est, caudice duro, contortoq; iuxta terram crassiorique sura hominis, cortice leui, similiq; protulacae: Alij uero, qui se uidisse affirmant, de magnitudine fere consentiunt: neutrum earum arborum magnam referunt, & minorem Myrrae, humilioremq;. Sed Thuris folium Laurinum, leueq;: Myrrae aculeatum non leue, ulmeo simile. Crispum tamen, extremo spina horridulum ilignei modo. Iidem ea nauigatione, qua ex sinu heroum uehementer egressos sese aquam in monte quaesisse dixere, atq; ita uidisse has arbores, & lectionem notasse hoc modo ambarum: & caudices, & ramos incisos quidem, sed alios ueluti securi percussos uideri, alios tenuiores incisuras habere: & lachrymam aliam decidere, aliam arbori in haerere, nonnusquam etiam subiectas tegetes ex palmis contextas, alibi solum tantummodo circumpauimentatum. Et purum thus, quod tegete exciperetur purum esse, atq; perlucidum, quod terra minus, quod arboribus inhaeret ferro depecti, et corticem ideo nonnullis adiungi. Montem autem uniuersum Sabeis diuisum dixere, hos enim loci illius dominos esse, iustitiaq; mutua degere, quamobrem nullum suas arbores custodire: unde & thus & myrram sese large ad naues solitudine deportasse narrarunt. Illud quoq; ijdem se audi-

uisse

uisse dixere, myrram & thus collectum undiq; ad solis delubrum conuehi, quod Sabeorum esse sanctissimum inter omnia regionis illius, custodesq; Arabes armatos habere, quibus singulos suum Thus aceruatum, & myrrham eodem modo relinquere, posita super aceruũ tabella literis significante numerum mensurarum, & pretium; quod pro singulis mensuris ponendum sit. Mercatores uero, qui uenerint, tabellas aduertere, eiusque quod placuerit acta mensura precium in eodem ponere loco, unde merces acceperint: Sacerdotem deinde uenire, parteq; tertia precij Deo accepta, reliquum ibidem relinquere, idq; seruari tutissime dominis donec acceptum uenerint. Alij Thuris arborem lentisco similem prodidere, & fructum quoq; lentisci, folium subrutilum. Thus recentium arborum candidius esse, minusq; odoratum, ueterum flauius, odoratiusq;. Myrrhæ autem arborem Terebintho similem reddidere, sed scabriorem, spinosioremq;, folium paulo rotundius, gustatu proximum Terebintho. Earum quoq; ueteres præstantiores haberi. ambas uero nasci in eodem loco terra subargilia, & sabulosa, & aquas fontefluentes raras admodum comperiri, hæc ergo illis repugnant, uidelicet ningi, & imbribus perlui, & amnibus locum illum exhilarari; arborum tamen istam similem Terebintho constare quidam alij tradunt, nec desunt, qui Terebithum eam esse omnino putent. Arabes

bes enim, qui thus aduexere, ligna huius arboris Antigono attulisse aiunt, quæ nihil à Terebintho differrent. Sed hi quidem altera quoq; ignorantia quidē longè maiore laborarunt, Thus enim, & myrrham nasci ex eadem arbore putauerunt. Quamobrem uerisimilius illi narrarunt, quos ex heroum oppido profectos naui retulimus. nam & arbos Thuris, quæ super Sardes apud delubrum quoddam surrexit fronde Lauri cō stat. Siquidem ex eadem ducere argumentum conueniat. quoniam eius Thus tam quod caudice, quàm quod ramis excerpitur proximum, & uisu, & odoratu cum ardet aducto thuri percipitur. sola hæc arbos omnem penitus cultum apta est aspernari, ac suauius quidem Thus in Arabia nasci referunt, sed melius in uicinis insulis: in his.n. & figurari in arbore posse, qua forma uolucris, & fortasse id quidem haud quicquam incredibile sit, siquidem pro incisura facta, figura Thuris sequatur necesse est. Quoddam adeo magna gleba consistit, ut mole sua manum implere, pondere uerò plusquam tertiam partem minæ æquare poßit. Thus omne iners aduehitur, & aspectu cortici simile est. Myrrhæ aliud stillatitium, aliud fictitium constat. probatur melior gustu, eiusq; norma concolorem accipiunt.

a. h.9. 7. [a] *Verum ad unguenta ea utuntur, sicut Cinnamomo,*
b. c.6.17. *& alijs.* [b] *Thus uerò & myrrhæ arbores insecant, quò solis, ac aeris uis coagere melius poßint.*

Myrica

[a] *Myrica perpetuo uiret.* [b] *Et folia carnosa sunt, ut Cupressi, & inter frutices numeratur* [c] *Et in planis etiam descendit.* [d] *Verum in Tylo Arabiæ insula ferunt Tamaricis lignum, non ut apud nos, imbecillum esse, sed ualidum, sicut Iligneum, aut aliquid fermè materiæ huiusmodi ibidem comperiri.* a. h.1.15 idem. 3.4. b. h.1.16 c. h.3.4. d. h.5.6.

[e] *Myrtus nisi sæpius purgetur, in fructicem transit.* [f] *& melius fructificat, & germinat.* [g] *& communis est nam & terrestris est, & in mari nonnunquam uiuit, sicut etiam salix, & alnus.* [h] *Verum ex urbanis uiret perpetuo, ut pinus, & laurus.* [i] *& folia angustiora habet, ut olea, & punica, sed tamen ordinata myrtus.* [k] *Cuius succus uinosus est, ceu uitis, & mori.* [l] *florem uerò insidentem super fructum ipsum emittit.* [m] *Et ex annotinis surculis fructum gignit.* [n] *Nascitur sicut olea ferè, nam & ligno, & ramo prouenit.* [o] *licet aliquando degeneret.* [p] *serere uerò præcipiunt crebras, lauros & myrtos, & non plus, quàm nouenos pedes distantes.* [q] *Myrtus punica & ficus tam latere, quàm cacumine germinant.* [r] *uerum affirmant myrtum & laurum in frigidis minimè durare posse, ut in lauro diximus.* [s] *Sed in agro latino plurima est myrtus, tamen in planis.* [t] *Myrti Aegypti mirandum in modum odoratæ assurgunt. licet cæteræ omnes sine odore sint.* [u] *Myrti, ac oleæ corticem detrahendum nequaquam existimant, ob sepit enim, conseruatq; arboris uitam.* [x] *Sed myrtus et* e. h.1.5: idem. 2. 8. f. c.3.10. g. h. 1.7. h. h. 1.15 i. h.1.16. k. h. 1.19 idem.c.6.9 l h.1.22 m. h.1.23. n. h.2.1. idem c. 1.3 o. h 2.3 p. h. 2.7. q. h. 3.7. r. h. 4 6. s. h. 5. 9. t. h.6. ultimo idé.c. 2.18 u. c.1.4. x. c.1.15:

punica

punica fructum secundum etiam ostendunt, sed augere nullateuus possunt.
a. c.2.9. [a] Verum maximè simul conseruantur, nam myrtus sicca, & spissa est, punica rarò, nec sicco corpore constat, fructum enim utraq; nucleo
idem c.3.8 sum, nec humidum gerit, itaq; soli expositus mox obarescit: in Vmbra autẽ coalescens, & solem modice sentiens, humorem suum seruare, atq; coquere nimirum potest, quamobrem, & punicas & myrtos breui interuallo conserere solent, ut se contectu operiant mutuo, atq; solis nimios æstus aufugere poßint, tum etiam quod radice numerosa non sint, nullo alimenti raptu mutuo
b. c.3.15 se infestantur. [b] Addit oleam, quæ etiam mutuo amore coniuncta cum myrto sit: has enim mutuo complexu radicum degere Androtion refert, uirgasq; myrti per brachia oleæ prorepere, atq; dispergi, & fructu olea protectum, ut nullam uim solis, flatusq; pateretur, tenerum, ac dulcem euadere, sed minorem, quàm locis ex
c. c.2.10. positis, aliud non est, quod seri uelit iuxta oleam. [c] uerum cum Nyrtus fructum pariat sicciorem (nam serò
d. c.3.6. perficit fructum) leuiorem frigiditatem requirit. [d] & cum ampliorem maguitudinem capiat, plagas alleuatas contegit, ne intrudatur sol; aut imber, & sic etiam
e. c.3.2. olea. [e] stercus myrtis uehementer congerendum præcipiunt, uidelicet spurcitias pellium, urinamq; adhiberi, cum germina prosiluerint, quasi fructus ita reddi sine
f. c.5.18. interiori nucleo poßit. [f] à gelu facilè corrumpitur myrtus,

tus, hæc enim celerrimè uritur, quia & ipsi ramuli tenues, tenelliq; sunt, & tota arbor minus calida est, & proinde ad gelu facillima. [a] *fructus myrti odoratus propter acrimoniam, nam ex dulcibus nullus ferè benè olet.* [b] *Myrtus etiam Aegypti (ut diximus) odorata est, quanquam cæteræ inodoratæ sint, uerum hoc euenit propter loca feruida.* a. c.6.22. b. c.6.27.

[c] *Myrtaria arbor non est, sed frutex terrenus.* c. c.4.7.

N



Arcissus. [a] *uel Lirium (alij enim hoc, alij illo nomine uocant) folium Albuci terræ proximum gerit, sed longè latius, modo lilij habet caulem sine folio herbaceum, flore suo florentem cacumine, in membrana ueluti uasculo inclusum largè amplum, colorecq; nigrum, figura oblongum. Hic decidens sponte germinat: Cæterum & qui legunt defigere eum solent. Quin & radicem serunt, quæ carnosa, rotunda, amplaq; constat. Serotinus admodum, post arcturum enim et circa æquinoctium floret.* [b] *Nã statim post lilium, & Violam flammeam exit.* a. h.6.6. idem h.7.12. b. h.6.7.

[c] *Nardus ad unguenta utilis est, & etiam Narta.* c. h.9.7.

[d] *Nasturtium post æstiuum solstitium seritur, ut betæ, lactucæ et aliæ: et ex uetere semine celerius exit.* d. h.7.1.

Et

a. h.4.7. [a] *Et eius plura sunt genera.*

b. h.6.1. [b] *Nepa ex toto aculeata est, sicut corruda.* [c] *& dif-*
c. h.6.3. *ficile quidem quicquam fermè inueneris præter Nepam, & Corrudam, quæ post æquinoctium Autumni florescunt. Nepa enim florem in carne extuberante sub extremo aculei profert initio candidum, postea leuiter accedentem ad purpuram. Corruda propter aculeos pusillum quendam producit peciolum, ex quo flosculus ipse tandem erumpit. Nepa radice singulari, eademq; breui adhæret.* [d] *Et speciem Scorpionis repre-*
d. h.9.14. *sentat radix, & utilis ad eius ictum, & ad alia quæ-*
e. c.1.10. *dam habetur.* [e] *Et in caput extuberat.*

f. c.2.22. [f] *Nepita. uide Sysimbrium.*

g. h.9.7. [g] *Nerium ad unguenta utile est, ut nardus, & alia.*

h. h.7.9. [h] *Nigella ab radice tantum foliata est, ut Silago, Anchusa, & aliæ, & in caule etiam tantum.*

i. h.1.2. [i] *Nodus idem quod ramus. Vide Ramum.*

k. h.1.18 [k] *Nux semen habet protinus post tegmen ambiens,*
l. h.1.19.
m. h.4.6. *& carnosum est* [l] *Succus pinguis.* [m] *Thmolus, Olympusq; mysius nucem & castaneam plurimam ferunt.*
n. h.5.10 [n] *fomites tametsi ex multis fieri poßint, tamen optimi, qui ex nuce, ut Mnestor est autor, Celerrimè nanq;*
o. c.1.23. *largißimeq; respirant.* [o] *semina putamine ligneo, aut pelliculari copia ambiuntur, ut nuces, & glandes,*
fer. idem c. 5. ultimo. *quæ suis munita tegminibus ad germinandi usq; tempora illæsa*

ra illæsa seruari nimirum possunt. [a] *Oleum ex nuce fit expreßis seminibus.* a. c.6.9.et 15.

[b] *Nux Auellana nisi sæpius purgetur, ueluti myr tus, in fruticem transit, quæ quidem & fructum meliorem, copiosioremq́; fert; si quis plures uirgas reliquerit, scilicet & quæ sua natura potius fructico, sa sit.* [c] *folia in secta habet, ut ulmus, & robur,* [d] *Verum quidam florere existimant nucem auellanam, robur, & castaneam.* [e] *Sed nuci Auellanæ postquam fructus decidit, racematum quiddam, uermis prægrandis magnitudine singulari, pediculo pingue emergit, quod nonnulli* [f] *iulum appellant. Hoc ex minutulis squãmis innumeris ordine nucis pineæ constat, ut speciem non absimilem nuci pineæ nouellæ, ac uiridi gerat, si quod oblongius, & per totum ferè pariter crassum tendat. Hyeme hoc augetur, in eunte uere dehiscit, et squammata illa flauescunt, & in longitudinem trippollicarem increscunt. cum autem uere folium existit, ista decidunt, & nucis caliculacea tegmina totidem quot flores super pediculum contracta gignuntur, eorumq́; singulis nuces singulæ insunt: germinat latere tantum, sicut fit in nuce iuglande, & auellana, & quibusdam alijs; Quarum omnium germina in folium unum finiuntur. Arcades, & Idæi nucem Auellanam radicem altißimam habere inquiunt, sed tenuem, atq; robustã.* [g] *Verum natura quoq; syluestris hæc est quoniã sylue*

b. h.1.5. Idem fere c.2.18.
c. h.1.16.
d. h.3.6.
e. h.3.7.
f. h.3.8.
g. h.3.15

X stris

ſtris nullo, aut multo deterius, quam urbana fructifi-cet, & hyemes quaſcunq; perpeti poßit, montibusque magna ex parte proueniat, & quidem fœcundißima temporia ubertate. Ad hæc quòd non caudicoſa, ſed fruticoſa, uirgis ſine alis enodibus, uerum breuibus, craßisq; nonnullis aſſurgit. Cæterum & manſueſcere poteſt. differt tamen, quòd fructum meliorem, foliumq; amplius habeat, circunſerratum folium ambabus ſimillimum alno, ſed latius, atq; arbos ipſa amplior, fœcundior aßidue redditur uirgis præciſis. Ambæ bino genere conſtant. Quædam enim rotundam, Quædam oblongam nucem largiuntur: ſed urbanarum fructus candidior eſt, locis aquoſis potißimo fructificat melius. Sylueſtres translatæ manſueſcunt, corticem ſummum habent tenuem, maculis albidis peculiariter uariatum. Materies admodũ lenta, ut prægraciles uirgæ, deſquamatæ, craſſæ, deraſæ, renouentur habent medullam tenuem, flauam, qua concauantur; peculiare his iulus

a. c. 4. 2. *callo compactus, ut retulimus.* [a] *ſemina maximè perdurãt, cum denſo putamine ſint, ipſaque pinguiuſcula conſtent; tamen iſta efficiuntur amara.*

b. h. 3. 3. 4 [b] *Nux caſtanea sylueſtris eſt, ut inglans nux, quæ*
c. h. 3. 6. *cupidæ frigoris, montanæq; potius ſunt.* [c] *maturè uerò*
d. h. 3. 7. *germinant, & ineunte uere.* [d] *habent autem quod amen-*
e. h. 4. 6. *tum uocant.* [e] *& plurimam nucem, & caſtaneam habent Tmolus, Olympusq; myſius.*

Nux

[f] *Nux Euboica natura perpetuo est, ut Cedrus, Ebenus, & Cupressus, & in aqua nequaquam putrescit.* [a] *& ei solum opacum, atq; roscidum conuenit, uerum fructum perficere haud potest, sed ad florem tantum proficiscitur.* [b] *fosSio omnibus prodest, sed maxime Amygdalæ, & nuci Euboicæ, quæ meliores fructus producunt, tegmina enim tenuiora; intestina uero ampliora fiunt.* f. h.5.5. a. c.3.7. b. c.3.14

[c] *Nux Iuglans syluestris est, & loca mõtana amat,* [d] *& ineunte uere germinat.* [e] *nec caret amento, ut in nuce castanea diximus.* [f] *Verum frangi se sonitu pronunciat; est enim uel eius materies ampla, ususq; ad opus tectorium, ita ut præsentire homines poßint, quod & in Antandro accidisse omnesq; è balneis terrefactos profugisse traditum est.* [g] *Carbones optimi sunt, et expeti solent ferreis metalis, & cum exarserint, argenteis, qui confecti ex picea sunt, nam artes carbones suos desiderant.* [h] *semina nucis iuglandis minimum perdurant: quia præ raro, minimeq; continuo putamine obteguntur.* c. h.3.3.4 d. h.3 6. e. h.3.7. f. c.5.7. idem c.5.8 g. h.5.10 h. c.4.2.

[i] *Nymphææ radix dulcis est, quæ nasci in lacustribus solet, ut in Orchomeniensi agro, & Marathone, & in Creta insula. Bœoti madoniam hanc appellant, fructumq; mandunt gerit folia super aquam amplam: plagæ trita imposita sanguinem sistere traditur, utilis & ad difficultates intestinorum pota.* i. h.9.13.

O

a. h.6.7.  ENANTHA [a] semine quoq; obserendaest, nec enim hæc excludi à floribus debet.

b. h.7.8. [b] Oculus caninus, spicosa est, ut cauda uulpina, & plantago, dicta agnina lingua, uel conturnix.

c. h.9.21. [c] Oenethera folio amygdalæ constat uerum maiori flore rosacco; loca amat montuosa, id tamen absurdum nequaquam appareat; fit enim quasi recreatio quædam ex uiribus, quas radix ista uinaceas poßidet, sed potius illa absurda putentur, quæ alligata, & ueneficiorum aduersantia uocitantur, & tum corporibus, tum domibus unicè opitulari creduntur.

d. h.1.9. & 10. [d] Ocimum radices lignosas habet. [e] & folijs iam per idem h.7.3. fectis caulis cõuenienter talis assurgit, ut lactucæ, apij,
e. h.1.16. f. h.7.1. & frumentorum. [f] Seritur mense Martio, ut blitum,
g. h.7.2. cucurbitæ, & aliæ. [g] Et non solum semine prouenit,
h. idem fere sed etiam germine: caule uerò [h] reciso facile regermi-
c. 1.4. i. c.2.20. nat. [i] (& melius redditur) & ei unica quoq; radix data est, quæ crassa esset, alteq; descenderet. Cæteræ uerò, quæ de latere prætenues orirentur admodum pro
k. h.7.3. lixe adhærent. [k] difficilè uerò siccatur, & fæcundißi
l. h.7.4. mum est. [l] Et plura sunt eius genera. [m] Rigantur cæ-
m. h.7.5. tera quidẽ hora matutina, aut ad uesperam, ne aqua feruens sole afficiatur. Ocimo etiam meridie aqua datur,

germinare nanq; celerius id existimant, si inter initia feruenti aqua rigetur. Aqua admodum multa confer re creditur, præsertim si fimus non adsit, sæpè enim ole ra exurire dicuntur, idq; olitores peritos haud difficile posse intelligere. Ocimum etiam sub canis ortum palle scit, & corianum salescit. [a] *Semina ocimi durare nõ possunt, ut atriplicis, & cucurbitæ.* [b] *Verum ligno-sum est, & siccum attamen hoc ante feruentes dies ger minare ita, ut perdurare, atq; perfici poßit, minimè ualet.* [c] *uerum cum seritur tertio die exit & cum siccum sit, hyemem nequit tolerare.* [d] *loco autem soli expositum transit in Serpyllum, quia uehementer siccatur, folio nanq; minus, odoreq; uehemẽtius redditur, quippe cum alimenti minus habeant, quæ sicca sunt.*

a. h. 7. 6.
b. c. 1. 10.
c. c. 4. 3.
d.

[e] *Olea arbor est, & multifida.* [f] *& frangi celerior potest.* [g] *Medullam paruam, & incertam gerit, ut bu-xus, radicem etiam illam paruam habet, cæteras gran diores, contortioresq; ueluti nodosas, uillosasq; gerit.* [h] *Et non solum olea nodosa est, sed etiam pinaster, & oleaster, gongros uerò à quibusdam uocatos habet, uel quod pro arboris natura respondeat; quippe cum no-men id maximè oleæ conueniat, eoq; morbo plus quàm cætere laborare uideatur. premnum id nonnulli appel-lant. alij crotonam, alij alio nomine utuntur. rectis uni-stirpibus, minusq; ab imis plantigeris, id aut nullo pa-cto, aut minus accidere solet: Olea, & oleaster, uel*

e. h. 1. 5.
f. h. 1. 8. c. 1. 24.
g. h. 1. 9.
h. h. 1. 13.

caudicum

caudicum concauitates peculiarem in modum habere ui
a. h. 1. 15 *dentur.* [a] *uiret uerò perpetuo ex urbanis olea, sed non non semper eadem durant folia, sed alia proueniunt, alia exarescunt, idq; circa æstiuum solstitium factitari*
b. h. 1. 16 *maximè uidetur.* [b] *Et angusta sunt* [c] *Verum olea pe-*
c. h. 1. 16. d. h. 1. 8. *diculum breuem habet.* [d] *semen carnosum, et nucleus in*
e. h. 1. 19. *teriacet, caro enim in nucleo est.* [e] *succus pinguis.* [f] *flores*
f. h. 1. 21 g. h. 1. 2. *uerò oleaginei foliati quidem, sed pusilli.* [g] *et circa fru ctũ ipsum producuntur, et prostrati perforati spectan tur, idq; argumento capitur propè arborẽ defloruisse: nã si exaruerint, aut madefacti fuerint unà cum fructi*
h. h. 1. 23 *bus defluent, atq; ita nullatenus perforabũtur.* [h] *fructũ*
i. h. 2. 1. *uerò olea ex annotinis producit.* [i] *Et omnibus rationi- bus prouenit, præter quàm surculo, defixa enim nequit germen citare, uenit autem omnibus modis, sed ex trun co, ramo con ciso radice ligno uirga, & adminiculo.*
k. c. 5. 1. [k] *Interdum etiam non defixa germinat, ut ligna oleæ.*
l. h. 2. 3. [l] *nonnunquam etiam nucleo, & etiam syluestris olea,*
m. h. 2. 4. *nec ex oleastro fit olea.* [m] *Verum folijs amissis fructi-*
n. h. 5. 4. *ficauit.* ([n] *folium enim ut pote imbecillius frigori magis obnoxium est, uel alicui euentui factum est. quippe fru ctus maturi sponte ruunt, sed antequam sint maturi ua- lenter adhærẽt, quamobrem perticis oleas percutiunt.) quod & Thessalo Pisistrati filio accidisse proditum est, nonnunquam ratione hyemis, aut alias ob causas quædam accidunt, quæ normæ naturali in congrua iu- dicantur,*

dicantur, cum tamen non ita sit, ut olea penitus aliquã-
do.[a] adusta regerminauerit tota. Baetiae uerò germi- a. c.5.18.
nibus à locustis derosis iterum germinauit, Sed haec
haud quamquam pro absurdis animaduerti forsitan de-
bent, quippe cum ad manifestas causas redigi posśint.
[b]sed ut facilius aduersa pati posśit, uiui radices facien- b. h.2.7.
dum apud arbores ipsas, feruntur ex olea, & myrto ra-
mi, quibus geminantibus terram semper aśsidue accumu-
landum, quoad satis corroborentur.[c] licet sint, qui du- c. h.2.8.
riśsimam, & ualidiśsimam oleam, & myrtum esse af-
firment.[d] At in Cyrenensi agro olea optimè proue- d. h.4.4.
nit.[e] In mari nimirum exeunt laurus, & olea, & fo- e. h.4.8.
lia tantum similia Ariae habet, fructum proximum
his nostris oliuis parit, & lachrymam emittit, ex qua
medici sistendo sanguini medicamentum conponunt.
quod fieri laudatiśsimum solet.[f] durat longo tempore f. h.4.14
olea, sed magis oleaster (sunt enim syluestres arbores & 15.
robustiores urbanis) tamen oleam Athenis referunt
(ut fabulantur) longo tẽpore durasse.[g] durat enim per- g. h.5.5.
petuo.[h] Verum praeter uermes, qui & ficum interi- h. h.4.16
munt foetificantes in ea clauum patitur, quod fungum
appellant, alij ollam, hoc est ueluti solis exustio: non-
nunquam etiam nouellae propter nimiam fertilitatem in-
tereunt. in Myleto oleas cum florent, erucae erodunt,
aliae frondes, aliae florem: genere diuersae arbores di-
spoliant. Nascuntur tempore austrino: & uento si

sol

a. c.5.13 *sol acrior insecutus fuerit rumpuntur.* (a *uel pluuia, quæ maxime oleæ nocet*) *Circa tarentum fructum uberem oleæ semper præmonstrant, sed sub flore pars magna*
b. c.3.27. *perditur.* [b] *Carpæ etiam creantur in oleis.* [c] *& magna*
c. c.5.12.
d. h.4.17. *ex parte ei impetigo accidit.* [d] *Oritur & alius morbus*
idem c.5.13. *oleis, qui Arachnium appellatur: Nascitur enim hoc, & fructum absumit. Adurunt & æstus quidem & oliuas & uuas, & alios fructus: Sentiunt & uermiculationem fructus quorundam, ut oleæ, piri, mali, mespili, punicæ, uermis oleæ natus sub cutæ fructum ademit; at si in ipso nucleo erodens, prodest, sub cute gigni prohibentur pluuijs, quæ post arcturum sequantur. Et in drupis quoq; oleis uermes nascuntur, qui ad lacturam priores certè deprehenduntur, & marcidi, putresq; omnino uidentur hinc & austrinis nascuntur, & riguis magis. uerum ex arboribus ficus præcipuè, secundo loco olea infestatur, oleaster magis laborauit quamquã*
e. h.4.18. *robustior, quod mirum fuit.* [e] *præcisa uerò olea melior*
f. h.5.5. *redditur.* [f] *& teredinem minimè sentit, nec oleaster, quas amaritudinis causa neq; teredo, neq; tinea rodit.*
g. h.4.20. [g] *Oleum (& pix) omnia necat, qua de causa radicum*
c.5.22. ubi idem. *extirpandarum reliquijs oleum infundunt, ualet oleum magis in nouellis, & in præsens nascentibus, sunt nãq; debiliores. qua propter & tangi eas agricolæ prohi-*
h. c.1.6. *bent.* [h] *oleæ plus temporis destinatum, cum diutius suos*
i. c.1.9. *parturiat oculos.* [i] *difficiliq; augetur sicut cupressus, et laurus.*

laurus. [a] *inculta prius germinat quam culta, quoniam calorem amplius retinere ualet, cũ non fodiatur.* [b] *Euenit autem ut cum bene germinet, male fructificet, tanquam natura utriq; satisfacere parti non ualeat.* [c] *Oliuæ autem germinibus omnino intereunt, cum alimentum deducatur ad germen, cui fructus diuturniores, plusq; alimenti, concoctionisq; desiderantes hi seriores etiam imbres intempestiui accedunt, ut uiti, punicæ, et oleæ.* [d] *Quæ in locis frigidis germinare nequit, nõ modo propter debilitatem uel hiatum, sed etiam alijs quibusdam de causis, quia per summa terræ radice cohæreat, frigiditas enim partim tollit humorem, partim ad conuenientem cocturã perducere nequit, quod porrò in oleis patescit. hinc etiam aliæ fructum nulla carne, sed oleo refertum profundunt, aliæ carnosum sine oleo præstãt. plus enim caloris ad oleum concoquendum requiritur.* [e] *olea, Tilia, & ulmus sua folia æstiuis solstitiis uertunt.* [f] *& uerno tempore serenda olea est, ut etiam omnes arbores, & plantæ.* [g] *Scrobes autem non pari altitudine faciunt his, quæ per summa cohærent, ut oleæ, & fico.* [h] *solum solidum, & sitiens olea, & ficus amãt.* [i] *Argillaceum, & magis candidum addit.* [k] *Et ad meridiem spectare debent.* [l] *recisio maximè conuenit oleæ, & Myrto.* [m] *quæ maximè ablaqueantur, ne siccentur, cum radix prima partem terræ natatæ sulcat.* [n] *stercoratio oleæ etiam prodest, ad lætẽ fructificandum.* [o] *Et*

a. c.1.17.
b. c.1.25.
c. c.2.3.
d. c.2.4.
e. c.2.26.
f. c.3.4.
g. c.3.5.
h. c.3.7.
i. c.2.5.
k. c.3.9.
l. c.3.10.
m. c.3.11.
n. c.3.12.
o. c.3.15.

cum myrto mutuo amore coniuncta uiuit, sed uiti, & alijs molestissima est. a. c.4.1. [a] *cuius semen ligno natura operuit.* b. c.4.2. et 5.25. [b] *Et longo tempore perdurat.* c. c.5.23. [c] *Verum olea non solum discissionem tolerat, sed etiam fissionem caudicis.* d. c.6.9. [d] *Et hoc peculiare de olea notatur, si uerum est. Nihil enim plus olei post arcturũ fieri posse autumat, simulq; nucleus tum obdurescere, quo facto non amplius humorem posse in oleum conuerti, sed oleum sincerius. est ex oliuis priusquã nigrescat, quoniam albius, quod ex phaulijs promitur, nec mirum, si quam in eo, quod albis exprimitur, sentimus amaritudinem, quæ postea excocto fructu aboleatur, hæc & plura Theophrastus in loco citato.* e. [e] *odore autem caret oliua in locis frigidis. Genus olearum, quod Aegyptium appellamus, ubertate, ac magnitudine fructus excellit, reliquum abunde oleũ fert.*

f. h.1.7. item fere 3.3 [f] *Oleaster plura fert quàm urbana, sed urbana meliora.* g. h.1.13 [g] *uerum nodosa est, sed nodi inuicem respondent, & concauitatem peculiarem in modum habere uidetur.* h. h.2.3. [h] *& nec obleaster olea, nec piraster pirus, nec caprificus ficus fieri potest.* i. h.4.14 [i] *tamen uita syluestribus longior, quàm urbanis.* k. h.4.17. Idem fere dicit c.5.17 [k] *sed ut diximus in olea, aliquando oleaster magis infestatur.* l. [l] *cum spississima sit.* m. h.5.3. [m] *in oleastro, qui Megaris in foro stabat, hoc euenisse accepimus, quo succiso Vrbem capi, ac diripi oraculum erat, sicuti actum est, in hoc enim præscisso, repertæ ocreæ sunt,*

sunt & alia quædam Atticiritus, parte qua primum affixa fuere, ad ramorum ambitum concauata. Huius oleastri quod adhuc superest parum admodum extat. Alijs quoq; locis permultis complura eiusmodi facta produntur, & pluribus publica habentur. [a] nam perpe tua habetur, ut cupressus, & pinus. [b] ligno autem cō ualescere, & germinare pollet, ut myrtus, & olea. [c] Et si urbana syluestribus inserueris, plus alimenti ui- res subditæ arboris subministrant. Quamobrem satis oleastris inserere postmodum, uel inoculare præci- piunt. Coeunt enim & apprehendunt ualidius, & ra- dix plus attrahens nutrimenti, probe fructificare arbo rem facit. Nam si è contrario syluestre in urbano ser- ueris, tametsi differentia quædam erit, tamen bone fru gis arbor nunquam profectò reddetur.

a. h.5.5.
b. c.1.3.
c. c.1.7.

[d] Oleagnus in Laco Orchomenio nascitur, & natu ra fructicosa est, nec cæteris amerinis absimils folio, figura quidem proximo cæteris, sed molli, ut malus, lanuginosoq; flore populi albæ, uerum minori, fructu nullo. Nascitur plurima super insulas fluitantes. sunt enim & in eo quædam fluitantes, ut in Aegypto circa paludes, & in Thesprotide, alijs què stagnis, sed il- læ minus aquæ implentur, talis est oleagnus.

d. h.4.9.

[e] Olera uocitamus, quæ nobis usui cibario sint, quæ quidem in summa uniuersorum contineantur necesse est. Quamobrem nec ea dimittamus oportet. Ergo olera

e. h.7.7.

appellantur. Intubum, Aphaca, Andryala, porcellia, senecio, atq; in totum quæcunq; intubacea sunt.
a. c. 1.7. [a] & in omnibus seminibus olerum aliquid alimenti continetur.
b. c.1.19. [b] Verum folijs, & radicibus utimur, ut olerum ea ipsa excoctio perfectior est, quamquam eorum finis in seminibus sit, quibus ad pastum nonnunquam utimur.
c. c.2.6. [c] Verum cum parti maiori, solum pingue incommodum sit, exiccat enim supra modum, et hac de causa plantas offendi, atq; ægrescere creditur, tamē prodest ijs, quæ macilenta, tristi, ieiunaq; constant natura, Argumentum quod olera, fругesq; solo tali exuberent, quæ quidem naturæ eiusmodi sunt. Ieiuna enim plus cibi desiderant.

d. h. 6.1. & 4. [d] Ononis iuxta folium aculeata est, altero quoq; folio conditur, ut Tribulus, & phleus, quam nonnulli
e. h.6.5. stebam appellant. [e] uerum ramis aculeigerum est, anno tantum perdurans. folio rutæ similis, sed per totum apposito caulem, ut ueluti coronam ex interuallis totā spetiem repræsentet. florem minutulum, & in siliqua non undiquè septum edit. Nascitur lento, plenoquè solo, & præcipuè in segetibus, atq; cultis: Qua de causa agricolis inimica est. Viuax admodum est: cum .n. altam nactam tellurem fuerit, protinus sua infima pellit, & singulis annis, surculis in latus emissis, rursus anno postero, deorsum uersus pellere solita est. Effodienda tota, extirpandaq; penitus est, quod solo madefacto

facto agendum, sic enim facilius interit, nam si uel paruulum relinquatur, ex hoc assurgere iterum potest. Incipit germinare aestate; perficitur autumno. Ergo syluestre genus suffruticum intelligere ex his licet.

[a] *Opitio bulbosa est, ut Cyix, & sisyrinchium.* a. h. 7. 13

[b] *Orbes ligni uocant, cum facta conuolutatio quaedam ampla, circulis pluribus circum acta sit, quam neque nodum omnino dixerim, neq; ipsius crispitudinem ligni, haec enim per totum fere, atq; aequaliter ampliatur, longe id iniquius, tractuq; difficilius, quam nodus artifici obstat, proxime, atq; in lapidem, qui stimulus uocitatur, nasci omnino uidetur.* b. h. 5. 3

[c] *Ordeum radicem numerosam habet, uelut triticum.* [d] *& semen membrana quadam obtegitur, quam caro fructus obducit.* [e] *Quidam ex ordeo Triticum, & ex tritico ordeum gigni, eodemq; fundo fieri aiunt, sed haec pro fabulosis quibusdam accipies.* [f] *mutatur tamen triticum syluestre, & ordeum cultura, & loci mutatione.* [g] *uerum frumentaceum ordeum est, & mature seritur, & plurimum septimo die exit.* [h] *& tantum uno folio, permultisq; radicibus innititur, qua de causa numeroso ramo, numerosoq; caule se attollit, tamen frumentago, & ordeago (ut uocant) brachiari omnino possunt; Hyeme in herba frumentacea manent. Omnia tempore mitescente, caulem de medio mittunt, atq; geniculantur, euenit, ut protinus intertio genu, quaedam*

c. h. 1. 9.
d. h. 1. 18
e. h. 2. 3.
f. h. 2. 5.
g. h. 8. 1.
idem. c. 4. 8
h.

*quædam in quarto gerere ſpicam incipiant, ſed nondũ
aliqua mole conſpicuam. Equidem per totum culmum
ſpica digeritur, & fermè cum culmari inceperint, mox
eam conſpici ſit, ſed latet antequam adulta in folliculo
fuerit: tum enim fætus ſuæ craſſitudine molis euidens
extat, mox folliculo abſoluto, quarto, aut quinto die flo
rere tam tritici quam ordei incipit, totidemq; diebus fe-
re floret, qui uerò plus temporis referunt, ſeptimo die*
a. h.8.3. *deflorere notant.* [a] *Poſtquam uerò defloruere craſſan
tur, perficiunturq;, cum plurimum intra dies quadra-
ginta. differt terra à terra, & cœlum à cœlo ad fru-
ctuum perfectionem. quædam etenim loca proferre in-
tra pauciores dies uidentur, ut cum alia, tum & maio-
rem in modum conſpicue Aegyptus: illic enim ordeũ
ſexto à ſatu menſe, triticũ ſeptimo metitur, quod apud
plurimos octauo. Cæterum nec illo tractu ſic multitu-
dine tota fieri ſolet, ſed quo ad religionis primitijs tan-
tum ſtatutum eſt, portatur enim ad ſacrorum quorun-
dam uſum farina noua ſexto menſe, & hæc à locis ſupe
rioribus ſuper memphim. Quin & Sicilia apud Mi-
las uocatas agri meſam celerem quandam fieri conſu-
mationem ſerorum affirmant: eſſe nanq; ſementem eo-
rum menſes ſex, ſed tamen cum primis unà metere poſ-
ſe, qui menſe nouiſſimo ſeuerit. Regionem iſtam adeò
fertilem produnt, ut triginta choes reddere ualeat, pa-
ſcua mirificè habeat ubiq;, ſed mirabilius quod in Me-*

lio fieri aiunt. sata enim intra triginta, aut quadraginta dies metere incipiunt. Quamobrem eius loci in colas fari consueuisse. Eatenus serendum, quatenus manipulum uideris, sed hæc nec coctu facilia, nec multa apud eos fieri traditur. locum istum in exibendis alimẽtis mancum affirmant. Frumenta enim oleasq; ingenuè ferre, uites autem modice. sed omnibus mirabilius, quod in chalcia Rodiorum insula fieri solet, illic enim locum quendam præcoquem, fertilemq; adeò narrant, ut ordeum satum in eo, cum cæteris sereretur in locis metere, iterumq; serere, atq; cum reliquis una frugibus rursus metere poßint. Maximam igitur hanc differentiam, si uera sit, arbitrari debemus.[a] *Triticum angustiori folio quàm ordeum conditur, & caulem leuiorem, ruptuq; difficiliorem id habet: ad hæc triticum tunicis integitur multis. Ordeum nudum consistit, id enim omnium maximè caret tegumento.*[b] *Solum siccum amat Ordeũ, & triticum, ut pote quæ maximè ualeant perdurare, ubi non auibus, aut alijs bestijs tellus obnoxia sit, sed triticum frequentiam imbrium magis tolerat, quàm ordeum, tamen aqua cum omnibus prosit, ordeo, & tritico, reliquisq; frumentaceis florentibus obest, & nullum ex seminibus corruptis mutari in aliud aptum est, præterquam triticum, atq; ordeum, quæ mutari in lolium asserunt, magisq; triticum, idq; imbribus frequentibus fieri, & præcipuè locis humidis & imbre longe dilutis.*

a. h.8.4.
idem c.4.2.
b. h.8.6.

a. h.8.8. dilutis. [a] Athenis itaq; ordeum, quod farinæ partem maiorem conficit (is enim ager Ordeum eximié fert) non cum plurimum fuerit, sed cum quandam temperiem obtinuerit commendandum euadit. In Phocide uerò circa elatiam non solum ordeum, sed etiam triticum optimè redditur, Ergo semina meliora, deterioraq; tum cul
b. h.8.9. tura, tum terræ natura fieri possunt. [b] fruitur potissimum terra triticum, tum ordeum, quamobrem
c. h.8.10 triticum terram bonæ frugis exposcit; Ordeum uel in graciliori solo proficere satis potest. [c] Verum ordeum rubiginem magis sentit, quam triticum, & inter ordea aliud plus, aliud minus, sed præcipue dixe
d. c.3.27. idem ferè c. 4.14. rim. [d] Achilleis. intereunt etiam maximè uel flatibus triticum, & ordeum, cum aut florentia perflantur, aut flore dimisso protinus infirma concutiuntur, sed ordeū magis ita perire certum est. Triticum uerò, & quod dam ordei genus non penitus exiccari patiuntur, quod ad redēdam farinam meliora minus arefacta putantur; qua de causa in aceruos tam triticum quàm ordeum cōponere assolent: uidetur enim in aceruo crassescere po-
e. h.8.9. tius, quàm attenuari. [e] apud Babylonem sunt, qui ordeū, & triticum resilire in area narrent, modo eorum quæ
f. h.8.4. friguntur. [f] Indicum magnam differentiam facit, quandoquidem ramis natum sit brachiari, ut proposui, & spice uerò alijs grandiores, rarioresq; constant, alijs minores, frequentioresq;, & alijs distantiores à fo-

lijs,

lijs, alijs proximiores, ut Achilleis cognomine. Et ordeorum ipsorum aliud rotondius, minusq́; aliud ob longius, maiusq́; atq; spica rarius. Item aliud candidum, aliud accedens ad purpuram, quod & farinam reddere copiosius creditur, & contra hyemem, & flatus, & in totum contra Cœli mutationes candido ualidius esse uidetur. [a] *Verum cum ex uno plures culmi prodierint, sic enim plures spicas emergi necesse est.* a. c.2.17.
[b] *Verum ordeum uitibus amicum est.* [c] *& solo pluuio, atq; frigido ad tritici, & ordei fructificationem conueniunt, sed magis solum gracile ordeum præstat.* [d] *Sola autem de radicibus enascuntur anno sequenti triticum, atq; ordeum; quin & anno primo hæc prætunsa, regerminant culmo è latere subnascente, ratio quòd hæc sola radicis copiam, uimq; obtinent.* b c.3.15. c. c.3.26. d. c.4.9.

[e] *Origanum cacumine perdurat, & uiret.* [f] *Succus acris est, ut Satureiæ.* [g] *Verum plura sunt genera.* [h] *nam nigrum sterile constat; candidum fructuosum est.* [i] *Nascitur uerò Origanum, & Satureia spatio triginta dierum, & ex uetere semine celerius exit.* [k] *licet etiam germine defigatur.* [l] *Syluestre Origanum et satureia aspectu uicina urbanis sunt præterquam quod folijs ista minoribus, caulisq́; Scabrioribus constant, & succo potissimum acriori uehementiori conduntur.* [m] *Verum difficile germinat in totum.* e. h.1.15 f. h.1.19 g. h.6.1. h. h.6.2. i. h.7.1. k. h.7.2. l. h.7.6. m. c.4.5.

[n] *Oriza (ut uocant) seritur, & semini nuncupato si* n. h.4.5.

 mile

mile est, pistumq; tanquam alica, redditur concoctu perfacile, aspectu Lolijs simile: statq; magna parte temporis in aqua, effundit non spicam, sed ueluti iubam modo milij, atq; panici.

a. h.1.13. [a] *Ostryis cornus nodosa est, & tam mas quàm fœ-*
b. h.3.4. *mina, licet mas nodosior sit.* [b] *Verum & in montibus,*
c. h.3.6. *& in planis nascitur.* [c] *& auctu facillima est.* [d] *&*
d. h.3.10 *species simplex Ostrys, quam nonnulli Ostriam uocant, tam corpore, quàm cortice Scissimæ uicina, folio piri, præterquam quod id multo oblongius, inq; acutum depressius, atq; maius, neruo multiplici de medio constans. Reliquis autem rectis in modum costarum tum prolixius, tum crassius porrectis: item per neruos rugatum, & ambitu leuiter serratum; materies dura, decolor, exalbida, fructus pusillus, oblongus, ordeo similis, colore flauus, radices sublimes, aquas, conuallesq; arbor hæc gestit; domum inferri minimè idoneam tradunt; quippe mortiferam esse, & partus quacunq; fue-*
e. c.5.17. *rit, difficiles reddere.* [e] *Et à gelu minimè comprimitur. cum robustissima sit.*

f. c.5.22. [f] *Orobancha uocata eruum necat amplexu, compressuq; suo.*

g. c.1.7. [g] *Ouũ inter semina est, et aliquid in se alimẽti cõtinet, quod unà cũ generãdi principio natura profundit, qua*
h. c.4.3. *de causa non ineptè* [h] *Empedocles, oua solẽt excelsis gi*
4.7. *gnere ramis, inquit. n. uerò natura seminũ ouis proxima est.*

P



Aliurus [a] frutex est. [b] & spinosa. [c] folia cum extremo, tum lateribus sinuata concidunt. [d] Verum & in montibus, & in planis nascitur. [e] & post occasum Vergiliarum fructum reddit. [f] habet quoq; nonnullas differentias: omnes autem fructiferæ. Et paliurus quidem in siliqua fert, in qua terna, aut quaterna semina gignit, quibus medici contra tussim contusis utuntur; habent enim lentitiam quandam, atq; pinguedinem, ut semen lini. nascitur locis dilutis, & aridis, sicut rubus, sed non minus diluta quærit, folijs decidius est, non perpetuis, quemadmodum Ramnus. [g] In Africa plurima est, quippe apud Hesperides hisce urendum utuntur, & fructicosior est, folio huic nostrati simile fructu diuerso, non. n. lato, sed rotundo, rubroq;: magnitudine qua cedri, aut paulo minore: nucleum non mandendum, modo acinorum punici habet, fructum uerò iucundum per se, atq; siquis uinum infundat, tum ipsum suauiorem, tum uinum suauis reddi asseuerant. [h] nonnunquam uerò & paliurus, & rubus in fluuiis, & locis aquosis prouenit.

a. h. 1.5
b. h. 1.8.
c. h. 1.16.
d. h. 1. 4.
e. h. 3.6.
f. h. 3.17.
g. h. 4.4.
h. h. 4. 9. 4. 13.

[i] Palmæ lignum ex neruo, & carne constat, sed cum induréscit transit in lignum, ut ferula, & quicquid lignescat. [k] Verum cum terrestris sit, mari nonnunquam uiuit. [l] Cortice uerò scabro constat. [m] medul-

i. h. 1. 4.
k. h. 1.7.
l. h. 1.8.
m. h. 1.9.

lam omnino nullam habere uidetur, nam palmæ nullum
a. h.1.14. *penitus discrimen colligi potest.* [a] *Tamen ad longitudinem tantum apta palma augeri, ut etiam Abies,*
b. h.1.15. *& cupressus.* [b] *quæ perpetuo uirent.* [c] *folia palma*
c. h. 1.6. *arundinacea habet.* [d] *Semina protinus post tegmen am*
d. h.1.18. *bientia subeunt, ut nucis, & amygdalæ, sed cauitatem nullam habent, sed tota plena, atq; persolida sunt,*
e. h. 1.22. *tamen his quoq; humor quidam, calorq; inest.* [e] *Palmarum mas quidem floret, fœmina minime, sed proti-*
f. h.1.23. *nus fructum promit.* [f] *& quodammodo cacumine gignit.* [g] *Palma inter ea, quæ semine exeunt, & pinus*
g. h. 2.3. *conifera, & picea, tineosa maximè (ut ita loquar) persistere in totum uidentur. uerum palma in Græcia*
h. h. 2.8. *sterilescit.* [h] *Palmarum autem satus, cultusq; sequens præter cæteros peculiaris esse uidetur. serunt enim ligna, quæ infructibus insunt, bina iuxta, composita sub ter, binaq; supernè colligantes. omnia prona, germen, enim non de supinis, cauisq; partibus mittunt, ut quidam uolunt, sed de supernis, quapropter in eorum con iunctione, quæ superponuntur, minimè est operiendum principia, unde germen. plura autem simul serun tur, quoniam satio unius infirma est, horum radices. amplexu mutuo connectuntur; At illico primi ortus*
i. c. 1.2. fe re idem, sed uide locum. *promiscui coalescunt, ut unus ex cunctis caudex confi- ciatur. Satus ex seminibus talis fieri solet, Ex trunco autem palmæ ipsius cum partem abstulerunt supernã,*

qua

qua cerebrum includitur, (auferunt autem cubitorum duorum longitudine) quam fissuris humore ipso detracto defodiunt. Solum arenosum, salsuginosumq; concupiscit. [a] *Idcirco ubi tale non sit agricolæ salem aspergunt, quod quidem circum radices facere haud quaquã oportet, sed longius mandando accumulare quantum semisestarius. Quod talem appetat locum, illud quoq; argumento capiunt: nam ubi palmarum copia sit, humus arenosa concernitur, quippe apud Babylonem, qua palmæ nascuntur, sic esse aiunt, quin & in Africa, & Aegypto, & Phœnice, Syriæ quoq; cauæ cognominatæ, tribus tantum in locis arenaceis eas gigni, quæ condi, reseruariq; poßint; reliquas autem, quæ cæteris in locis proueniunt, minimè durare, sed protinus putrescere. Virides tamen suaues esse, gustu gratas, atq; ita consumi amat, & crebram rigationem. De fimo diuersa sententia est, quidam enim has fimo delectari negant, sed abhorrere omnino statuunt: alij usum fimi cõcedunt, crementumq; magnum capere eo affirmãt, riuis tamen misceri fimũ oportere inquiunt, quẽadmodũ Rhodij facere solent. Sed abunde uide totum caput.* [b] *Fructũ autẽ ante quã coquant, maximè amittere possunt palmia, & ficus.* [c] *Sed apud Babylonem fructum mirum in modum largitur, in Græcia uerò nec fructum quidem maturat, apudq; nonnullos nec fructũ ullum ostendit.* [d] *parte autem Africæ, qua nunquam*

a. c. 2. 7. Idẽ c. 3. 22. 23.

b. h. 2. 9. Idẽ c. 2. 11.

c. h. 3. 5. Idem fere 4. 1. & c. 2. 4.

d. h. 4. 4.

pluit,

pluit, pleraq; alia, & palmas magnas, atq; optimas prouenire aiunt. Cæterum ubi palma Salsiginem, & riguum esse locum, nec admodum in profundo aquam comperiri, & dulcem, & ibi salsam inuicem propinquas.

a. h. 4. 7. *quas.* [a] *Palma pelagica, est caudice admodum breui, uirgis rectis ferè, quæ subtus exeunt: nec in ambitu sicut rami uirgarum, sed uelut in latitudinem sigillatim continuatæ, nonnunquam etiam inter se differentes. Virgarum autem, seu surculorum ipsorum similis natura quodammodo est, folijs spinarum acanicarum, ut soncis, atq; similibus. Hi tamen erecti, nec quemadmodum illa circunflexi, & folijs à mari corrosis: nã eo, quod medius caulis transmeat per totum, reliquũ quoq; aspectus proximum est: color his & caulibus, atq;*

b. h. 4. 16. 4. 19. *uniuersæ plantæ ruber intense, atq; puniceus.* [b] *Verum palmæ si quis cacumen auferat, non interire penitus aiunt, sed sterilescere.*

c. h. 5. 4. [c] *quoniam leuis est, tractu*

d. h. 5. 7. *facilis, mollisq; est, quemadmodum suber.* [d] *tamen præ*

e. c. 1. 7. 9. & c. 2. 16 *ualida.* [e] *(Durat enim longo tempore) & in diuersum quàm cæteræ incuruatur, quippe cum reliquæ omnes in inferiora flectantur, palma è contrario fornicatim*

f. h. 5. 10. *se flectit.* [f] *& suapte natura fumosa est, ex quo illud Cheremonis carmen, palmeq; uenas usq; fumosissimæ radice natas.*

g. h. 1. 24 h. c. 4. 2. [g] *Semina ligno constant* [h] *(Et diuturnissima sunt, cum siccissima sint) non enim annotinis quibusdam, aut nouellis hæc ferre solet, sed ijs, quæ præ*

gnans

gnans gestat modo spicati seminis fructum condit. Virga enim, quæ fructum gerit, quemadmodum spica erumpit: Caussam uerò siccitatem, formamq; uniuersam arboris dixerim. Cum enim custodiam fructus desiderent siue extra cōsistant, siue intus formati demum erumpat: cæteris custodiam illam folia præstant, palmæ quoniam fructus non apud folium hæreant, concrescat intra arborem necesse est. ut ualidi, formatiq; tandem reddantur aeri, quapropter in utero parentis natura partum seruauit, quòd similiter atq; frugibus inspicandis agatur. [a] *Omnia ferè, quæ se in altum extollunt, compescenda agricolæ censent, præter quàm illa, quæ apta sint excelsa consistere, ceu palma, pinus, & cupressus.* [b] *pereunt de cacuminatæ.* [c] *immo palma uulnerata quoq; in cerebro perit.* [d] *Verum picea, & palma dimutilatione animalium non intereunt, sed sterilescunt: Animalium enim depastio damnosa est, quod dum germen ædit, ac detrahit, simul quoq; adurit, fit enim hinc, ut plantæ grauius infestentur.* a. c.3.9. b. c.5.24. c. c.5.23. d.

[e] *Paludapium differt ab Equapio, & Montapio, apud enim aquæductus, & in paludibus prouenit, folio raro, nec hirsuto consistit, sed simile quodammodo apio est, odore, sapore, figuraq;.* e. h.7.6.

[f] *Panacis pleraq; aßignantur commoda, nec omnia ad idem fructus, sed ad abortus, & distentiones, & eiusmodi genera dolorum. Item ad aures, & uocis langorem,* f. h.9.10.

gorem,

gorem, radix ad partus, & mulierum profluuia, & ad iumentorum morbos, nec non ad irinum unguentum utilis, addit enim suauem olentiam, sed fructus radice ualidior est. Nascitur circa Syriam, secatur per messem tritici. [a] *uerum plura sunt panacis genera. panacem enim appellant primam, quæ in Syria nascitur, de qua supra retulimus. Secundam Chironiam. Tertiam Aesculapicam. Quartam Herculanam. Chironia folium habet simile rumici, florem auri specie, radicem longam amat loca pinguia, utuntur ea aduersus uiperas, & phalangia, & tineas uestium, & cætera reptilia data ex uino, & uncta oleo: Viperæ autem morsui aspergitur ex acido, & potui datur, ualere aiunt, et ad ulcera ex uino & oleo, & ad nascentia ex melle. Aesculapicum radice constat magnitudine palmi, candida, & crassa uehementer cortice crasso, & salso, & caule geniculato undiq; folio thapsiæ simili, sed crassiori. ualere aiunt aduersus serpentes, si bibatur crassum, & ad lienem, cum sanguis circa eam constiterit ex mulso, & capiti trito ex oleo, & unctum, & si qua alia parte obscura laboret quis, & uentris doloribus ex uino rasum, posse etiam & longas ægritudines de pelli. Insuper & ulcerosis humidis quidem siccum aspersum, prælotumq; uino calido; siccis autem ex uino subactum, & aspersum. Herculana uerò constat folio magno, et amplo, ut quoquo uersus tres palmos perficiat*

ficia, radice craßitudine prope digiti, bifida, aut trifida, guſtu ſubamara, odoratu ſincerum Thus redolente, utili contra morbum comitialem pota, coagulo uituli marini admiſto ad quartam partem, & contra tormina e uino dulci, commoda etiam ad uulnera ſicca, ex melle admadida. Igitur hæc differentias illas ſortiuntur. Sunt uel aliæ quædam panaces, una folio tenui, altera non tenui, ſed uires hiſce ambabus eædem ad mulierum profluuia, & ulcera; tam cætera, quàm putrida, & paſcentia, [a] *Panacea circa clitoriam naſcitur.* a. h.9.15
[b] *Panacem æſculapicam cognomtnatam effodientes uarium genus frugum uiciſsim terræ inijcere aiunt, &* b. h.9.9.
placent im ueluti mercedem quandam exoluere, & enſe bina adacto acie ter circunſcribentes ſuccidere. Quodque primum inciderint, ſublime tenere, deinde alterum cedere, & eiuſmodi alia complura narrant.

[c] *Panicum æſtiuis ſeritur, ut Milium, & Seſamum, & horum generatio ſimplex, & una eſt, quippe ſemine tantum omnia exeunt, niſi quid rarenter parceq́ radice proſiliat.* [d] *Caulis arundinaceus, flos lanugineus.* [e] *& minus aquarum indiget.* [f] *Verum facilè germinat, conſumaturq́ celerrimè, & reſeruari egregie poteſt, ut etiam de milio diximus.* [g] *Semina uerò quo minora eo fertiliora ſunt, ut milij, & panici, & papaueris, quæ etiam radicem ualidam agunt, & pro*

c. h.8.1. d. h.8.3. e. h.8.7. f. h.8.10. g. c.2.17. c.4.16.

ſuæ radicis modo caules reddunt, uidelicet à ualidis ualidos, atq; multiplices; Quapropter cum à principio exiguo, multi prouenerint caules, fructum quoq; abundè profundi ratio eſt.

a. h.1.15 b. h.1.18. c. h.1.19. d. h.9.8. e. h.9.13 [a] *Papauer ſuffrutex eſt, & ſemper uiret.* [b] *Semina uaſculo incluſa habet.* [c] *& ſuccus lacteus eſt.* [d] *& à tertio capite lactiſuccatio fieri ſolet.* [e] *Verum ſylueſtris papaueris genera plura notantur, quoddam enim corniculatum appellatum, quoddam autem nigrum eſt, folio conſtans uerbaſci nigri, ſed minus nigro: cauli altitudo cubitalis, radix breuis, per ſummaq; ceſpitum*

f. c.2.17. 4. 16. *fructus inflexi, ut cornicula figurantur.* [f] *(uerum cum exiguum fructum ferat, fertiliſſimum eſt) Legitur circa meſſes, & aluum purgare poteſt, folium albuginē ouibus aufert: naſcitur iuxta mare locis ſaxoſis. Aliud Erraticum uocatum non abſimile intubo erratico conſtat: quamobrem in uſum uenit cibarium: naſcitur in aruis, potiſſimum inter ordea, florem ruffum producit: caput unguis pollicalis magnitudine auget, legitur ante ordei meſſem, atq; uiridius etiam purgat inferius. Aliud Herculanum nuncupatum, folio conſtat ſtruthi, quo ſplendorem linteis tribuunt, radice in ſumma terræ eunte, fructu albo; Huius radix purgare ſuperius nata eſt. Non deſunt, qui contra comitialem morbum ea utuntur in uino mulſo. hæc igitur uelut æquiuoca quædam ſubiungere placuit.*

Papyrus,

a Papyrus, sari, & mnasium dulcedine, copiaq; alimoniæ præstare uidentur. Sed Papyrus nascitur non in altitudine gurgitum, sed propè intra duo cubita non nusquam etiam minus. *b* (in Aegypto papyrus ferulaceus constat, ut etiã laserpitium.) Crassitudine radicis, qua uola uiri robusti, longitudine super dena cubita prouenit: super terram ipsam radices obliquas, tenues, densasq; in limen demittens sursum, quos papyros dixere, profert, triquetros, angulatos, magnitudine quaternorum fermè cubitorum, coma inutili, exiliq; fastigiatos, fructus nullius fæcundos, hosque ex multis partibus mittit, radicibus pro ligno utuntnr, non tantum ignis gratia, sed ad uasa quoq; plurifariam facienda. Quippe materiem amplam probamq; præstãt. Papyrus ipse ad plurima utilis, etenim ex eo nauigia faciunt, & è libro uela, tegetesq; texunt, & uestem quandam, atq; stragula, ac funes, aliaq; plura. Et quidem externis hominibus Chartæ euidentissimæ habentur: sed summam, frequentissimamq; opem, & in re cibaria præstat. Omnes enim incolæ & crudum, & elixum, & assum manducant, & succum deuorant: manducamentum autem expuunt. Talis papyrus est, talesq; usus præbet. Nascitur & in Syria circa Lacum, quo & calamus odoratus, unde & Antigonus in re naualí funes fecisse proditur.

a. h. 4.9.

b. h. 6.2.

c Pastinaca specie lauri colore croci apud Archa- c. h. 9.15.

a. h 9.22 *des naſcitur.* [a] *Sed agro ſpartenſi Achaiæ paſtili ac.ā laudatiſſimam referunt: natura calefactoriam, radice nigram.*

b. h. 1.15 [b] *Phellodris (ut Archades uocant) ſemper uiret.*

c. h.3.16. *& natura huiuſmodi eſt, ut ſimplici quidem ratione inter ilicem, & robur hanc eſſe putaueris: Et quidem fœminam ilicem eſſe putarunt, ideoq; ubi ilex non prouenit, hac ad paluſtria ſimiliaq; utuntur opera. ut Lacedemonij, & Elij Dores quidem uel agreſtem eam appellant: Eſt mollior, ac ſubtilior ilice, durior, ac ſpiſſior quercu, colore ligni decorticati, candidior ilice, fuluior quercu, folio ſimilis ambabus, uerum maiori quàm ilex, minori quàm Quercus, & fructum pro magnitudine minorem quàm ilex habet, maiorem quàm quercus: fructum ilicis, huiuſq; nonnulli Acylum uocant, roboris autem glandem, eſt & medulla manifeſtior, quàm ilex. Phellodrys natura huiuſmodi eſt.*

d. h. 1.22 [d] *Pepo ſingulis ſeminibus ſingulos flores annexos gerit, quippe flos in poſtremo fructus, & creſcentibus fructibus, flos diu infixus ſeruatur* [e] *Verum breuem radicem ſortitur, ſicut omnia æſtiua.*

e. h. 7.3.

f. h.1.11. [f] *Perdicium (quod uocant) quòd perdices ſe ad id uolitent, terramq; ſuffodiunt, radice eiuſmodi continetur, ut aſpalax, & Crocum.*

g. h. 2.3. [g] *Perſicum Aegypti ſterileſcit.* [h] *Sed aliquando*
h. h. 3.5.
c. 2.4. *ibi & locis proximis fructificat, quamquam in Rhodo*

uſq;

usq; florem duntaxat deuenit.[a] *est & in Aegypto alia quoq; arbor persea dicta aspectu magna, formosaq́; folio, flore, ramo, totaq; figura potissimum piro uicina, nisi quòd altera folio perpetuo, altera deciduo est, fructum abundè parit, omniq; tempore perficit, quippe nouus anniculum semper occupat. Maturitas anniuersariorum afflatu conficitur: reliquum crudiorem auferunt, atq; recondunt. Est magnitudine piri, figura oblongus amygdalæ modo, colore herbidus, nucem intus, quemadmodum prunus continet, uerum longè minorem, molliorem q́: carnem uehementer dulcem, suauem, concoctuq́ facilem; nil enim eos, qui nimium comederint, tentat, radice arbor exuperat, tum longitudine, tum etiam crassitudine, multitudineq́ materiem robustam, & uisu gerit decoram, atram, ut faba græca.* a. h.4.2.

[b] *Pes gallinaceus inter olera numeratur.* b. h.7.7.

[c] *Petreá circa Psophidem plurima, & optima prouenit.* c. h.9.15.

[d] *Peucedanum radicem crassam, & spissam habet, quæ quinquè, aut sex annis perdurat.*[e] *nascitur etiam apud Arcbades.*[f] *Verum radix uim calefactoriam habet: Quamobrem unguentum quidam uel ex ea subdatorium faciunt, datur & ad Lienes radix peucedani: Semen inutile est, nec succus ulla in re prodest.* d. h.9.14. e. h.9.15. f. h.9.22.

Phleum

a. h. 4.9. [a] Phleum in fluuijs, & paludibus nascitur. [b] & iu-
b. h.6.1.3 xta aculeum folium gerit, ut tribulus, & Capparis;
quæ peculiare nimirum obtinent, ut non solum caulem
c. h.4.11 aculatum, sed etiam folium habeant hispidum. [c] in lacu
Orchomenio phleum fructificare proditum est, et phlei
antellam uocatam quod ad Lixiuium utuntur, id pla-
centaceum quoddam est, molle, rubidum, & phlei uerò,
& Butomi fœmina sterilis est, ad nexus utilis, mas in-
utilis, uerum non solum in aqua nascitur, sed etiam in
terra. Radix sola pecudibus pabulo est: cum aut squal
lor uiget, nec humor qui perlueret, cacumina incessit.
d. h.6.5. [d] Verum folio constat carnoso. Phleum multifidum,
multi stirpsq; est, non tamen altè descendit, germinat
cum Vergilijs, primoque aratro una, nec folia id dimit
tit, non enim annuum, sed diuturnius est.
e. h.1.15. [e] Philica ex syluestribus perpetuò uiret. [f] & in mõ
f. h.3.4. tibus propriè nascitur. [g] & ineunte uere germinat. [h] ue
g. h.3.6.
h. h.5.7. rum obedientissima Phylica est, candorq; ei celastri
modo, sed non est admodum utilis, præterquam in alen
do pecore; semper enim fronde abundat.
i. h.1.15. [i] Picea ex syluestribus perpetuo uiret. [k] & cum se-
k h. 2.3. mine exeat, tinecsa maximè in totum esse uidetur, ut
l. h.3.4. pinus conifera, & palma. [l] Verum picea in montibus
m. h. 3.6. propriè nascitur. [m] Et eam quidam florere minimè; sed
nucamentũ piceæ proportione grossis præciduis respõ-
dere existimant. sed germinat circiter quindecim die-

bus

bus post Vergilias.[a] *& auctu facillima est, & non* a. h. 3.7.
caret amento (ut uocant.)[b] *uerum picea à pino dista-* b. h.3.10.
re uidetur, quod pinguior, folio tenuior, magnitudine
minor, erectaq; minus assurgit: præterea, quòd conum
minorem, horridioremque nucleum, resina rosidiorem
ferat. Ambabus folia capillata, & materies candi-
dior, similiorque abieti, atq; in totum minus pinosa.
Magnam et hanc ad pinum differentiam habet: pinum
enim adustis radicibus nunquam regerminare, piceam
regerminare quidem affirmant, ut in Lesbo accidit in
censo monte Pyrrhæo, qui piceis scatet.[c] *Verum pi-* c. h. 4.19.
ceæ detracta coma tota perit, ut pinus, & abies.[d] *&* d. h. 5.8.
domibus, & nauibus utilis est, sed putrescere celeri-
ter incipit.[e] *sed quæ robusta inter ea sunt, quæ seri se-* e c. 1.9.
mine possunt, hæc diutius permanent, ut palma, &
Pinus conifera nuncupata, & picea pediculifera.[f] *se* f. c.1.21.
rò uerò fructum perficit, sicut omnia perpetuò uirentia.

[g] *Pinus procera, & longo caudice est, & nodosa.* g. h. 1.8.
[h] *medullam lignosam habens, unam uerò radicem pre-* h. h. 1.9. idem fere.h.
grandem in ima descendentem, sed paruæ complures 2.7.
ab illa exeunt.[i] *folia rara sunt sicut abietis, & cedri,* i. h.1.16.
& extremitate pungentia.[k] *succus resinaceus*[l] *& in* k h. 1. 19.
lachrymæ modum) ut omnium coniferarum.[m] *quæ om-* l. h 9.10. m. h.2.2.3
nes ex semine exeunt.[n] *Quidam pinum florere existi-* 1.
mant. omnium itaq; arborum germinationes conspicuæ, n. h. 3.6.
sed abietis, piniq; maximè, quoniam genicula inuer-

sus

sus rectos porrigantur, ramiq; conditi ex æquo sp ectētur.[a] habet autem amentum, & difficile augetur.[b] caudice uerò præciso pinus & abies radicitus omnino eodem anno inarescunt, etiam deciso cacumine.[c] Si quis corticem detraxerit statim moriuntur.[d] Et plura sunt genera, aliam enim urbanam, aliam Syluestrem assignant, syluestris binum statuunt genus, quorum alterum Idæam, alterum Maritimam uocant. Harum rectior, celsior, materieq; crassior Idæa: folio tenuiori, imbecilliorique Maritima, & cortice leuiori, utiliq; ad coria, quod alteri minus. Nux maritimæ rotundæ, breuiq; dehiscens tanquam syluestrior: lignum maritimæ ualidius, nam eas quoq; terrenorum differentias sumi par est: haud enim incognitæ sunt usus causa, Idæa ramosior, crassiorque stat. Ad hæc picem ipsa omnino copiosius præbet, pix nigrior, dulcior, tenuior, odoratuque gratior sentitur, dum cruda est, decocta uerò deterior euadit: quoniam multum habeat serum. Sed quæ isti nominibus proprijs distingunt, alij mare, fœminaquē diuidere solent. Macedones uerò etiam genus quoddam pini sterilem dicunt, & marem breuiorem, folioq; duriorem, fœminam proceriorem, folijs pinguem, mollem, procliuioremquē. Mari lignum circuncincta medulla durum, & operi fabrili uersuale. fœminæ tractu omnino facilē, atq; mollius, quod quidem omnium ferē marium, fœminarumq; publica

differentia

a. h. 3. 7. b. h. 3. 8. c. 3. 9. c. h 4. 18. d. h. 3. 10

differentia est, ut cæsores materiæ asseuerant. Quippe omnis mas securi breuior, & contortior, operiquè difficilior est, coloreq; nigrior, fœmina procerior, atq; facilior: nam & quod ægidem apellant, pinus fœmina gignit, id autem est cor eius. Ratio, quod minus pinosa, minusq; tedam ingerens, & leuior, cursuque uenarum probior est. fit in arboribus magnis cum prostratæ parte candida, & circinante putruerint: his enim detractis medullæ relictæ securis adigitur; est de color omnino, neruoque tenui compacto, quam Idæi Tedarij ficum appellant. quod uerò pinis subnascitur, colorè teda rubidius potius inest, odoris grauissimi, nec tedam redolens, nec flagrans, sed ab igne dissilit. Igitur genera pini hæc assignant, urbanum, atq; syluestre, syluestrisq; marem, & fœminam, ac tertiam sterilem, hæc, & plura uide in capite prædicto. [a] uere istæ cæduntur, cum germinant, nam materies odoratior redditur. [b] distant uerò inter se pinus & abies. pinus enim carnosior, neruisquè paucis est, abies neruacior, atq; rigidior, ita ut utrunquè è contrario habeat neruos ualidos, carnem mollem, & raram. uide Abietem. [c] Verum pinus natura perpetua est, durat enim maximopere, sed dicunt plusquam abietem corrodi à teredine posse. [d] ambarum uerò nodus difficilimus constat. [e] at ad nauigia aptissimæ constant. [f] in agro Latino pini, & abietes, tum magnitudine, tum pulchritudine

a. h.5.1. 9.11.
b. h.5.2.
c. h.5.5.
d. h.5.6.
e. h.5.7.
f. h.5.9.

a. h.5.10. *tudine inter omnes italicas præstant.*[a] *Carbones pi-*
b. c.1.26. *neos excussores potius quærunt.*[b] *Verum inter reliquas quæ locis algentibus ualeant perdurare plus caloris sentiuntur, ut abies. pinus, cedrus, hedera, & iuniperus; super his enim nec niuem posse durare autumant, scili-*
c. c.2.4. *cet ratione caloris.*[c] *Sed pinus & hedera loca potius frigida amant, has enim locis feruidis peruenire non*
d. c.2.9. *posse nulli dubium est.*[d] *tamen locis apricis pinus gau-*
e. c.3.15. *det.*[e] *benigna uerò omnibus est, quod radice simplici, altaq; sit, seritur enim sub ea & myrtus, & laurus, et alia pleraq; : nec quicquam prohibet radix, quo minus hæc libere augere ualeant, ex quo intelligi potest radicem plus infestare, quàm umbram, quippe cum pinus*
f. c.5.15. *umbram amplissimam reddat.*[f] *Arborum autem genus etiam aliquod fortasse est, cui corruptio secundum naturam sponte, nec ullo pacto afflictato, sed benè uigen-*
Idem. c. 6. *ti ueniat, ut pino cum radices mutatæ in tedam fuerint,*
15. *ita enim ex nimietate nutritionis, atq; excessus, cumq; pertedam transmittere pabulum arbores nequeant, moriuntur. Quòd proximum illi uidetur, quod animalibus euenit, quæ extra modum crassantur, atq; pinguescunt, cum enim auram attrahere nequeant, nec ullo pacto spiritu uti possint propter obesitatem, condensatione nemquè, & illa strangulantur, & pinus. Quamobrẽ non ineptè rustici uocabulum istud de pinu usurpant. pinum enim strangulari aiunt obesitate, atq; pingue-*

dine:

dine: quippe omnia ſpiritum deſiderant aliquem, uel ſolutionem, uel meatuum libertatem. Ergo corruptiones naturales tales ſunt. [a] *Verum teda detractu ſerua-* a. c.5.23.
ri poteſt, huic etiam pinguedo pro magno habetur. ſed hæc omnia, cæteraq; non niſi bene adulta ſufferre poſſunt, & hinc quamuis putruerint, ſeruari tamen, ac uiuere queunt, nam & primum haud ſemper tedificare conſueuere, ſed cum uiget, ætateq; maior eſt. caret enim teda nouella, quæ humorem non excoquit, neq; aggregat; ſed totum ad germina, incrementaq; altitudinis abſumit. ſtatim enim ac dilatari inceperit, uis illa, & habitudo thedæ uidetur conſequi. [b] *fructus omnino* b. c.6.22.
pinguis eſt, ut abietis, piceæ, & Lauri.

[c] *Piper fructus eſt, eius genera duo: unum enim ro-* c. h.9.22
tundum erui modo, tegmine, carneque conſtans; ſicuti laurina baccha, ſubrutilum, alterum ob longum nigrũ ſemina papaueris continens, longe hoc ualidius altero: ambo uim calefactoriam obtinent. Quamobrem contra cicutam auxiliantur, & etiam Thus.

[d] *Pirus natura fructificoſa eſt, & ſæpius purgan-* d. h.3.5.
da. [e] *folia orbiculata.* [f] *Semina congeſta, & aliquo* e. h.1.16
putamine, & tunica continentur. [g] *Succus aquoſus eſt.* f. h.1.18. g. h.1.19
[h] *flores foliati,* [i] *& raro ex ramis prouenit.* [k] *Verum* h. h.1.21 i. h.2.1.
cum naſcitur ex eius fructu degenerat [l] *Verum in ſe-* k. h.2.3.
rendo maxime conſiderandum eſt poſitum, ſcilicet, quæ l. h.2.7.
in Aquilonem, in meridiem, & in orientem ſpectent.

a. c.3.27. idem fere. c. 4. 16. stant. [a] Vermes generantur in ipso, & aliis legumi-
nibus, ob alimenti, cœlique intemperiem, uidelicet,
cum plus, minusuè alimenti præbetur, aut aer immo-
dice humidus, siccusuè est, uel etiam cum non tempesti-
b. c.4 16. uè humescit. [b] uerum pisum fragilissimum omnium est,
quippe eruginem uehementissimè sentit, quia multifo-
lium, terrenum, uagumq; est, implet enim locum to-
tum, etiamsi amplo interuallo positum sit, & frigori-
bus, atq; gelationibus id obnoxium maximè, quia ra-
dice imbecilla cohæret.

c. h.3.10. d. h.3.9. [c] Pix è pino gignitur. Vide Pinum. [d] Verum pi-
cem urere hunc in modum consueuere, cum locum æqua-
lem præparauerint, & ueluti area facta cōcursum ha-
bente, in medium diligenter pauimentarint, truncos
perfixos componunt; proximè sanè compositioni carbo-
nem facientium, præterquam quod sine fossa opus per-
ficiunt, lignis erectis, & inter se cohærentibus, ita ut
altitudinem assiduè pro multitudine capiant. Quos fie-
ri aiunt, cum compositionem descripserint, circuitu cē-
tenorum octuagenorum cubitorum, altitudine uerò cū
plurimum sexagenorum, aut centenorum, & quinqua-
genorum ambabus, si thæda pinguissima sit; cum igi-
tur Tedam ita construxerint, & materiem pertexe-
rint aliqua terra super infusa undiq; summa cum diligē-
tia occultant, ut ignis nulla ex parte emicare possit, pix
enim peribit si id acciderit. succedunt autem per adi-

tum relictum, de in eam quoq; partem stipant materie, & obstruunt terra, reliquasq; omnes obseruant, & quacunq; fumum protrudi uiderint, scalis scandentes terram, assiduè infundunt, quo nullo pacto flamma erumpere possit. Canalis uerò per medium structus aceruum, picem fluentê infoueam ducit; cubitis circiter quindecim ab aceruo pix effluens tactu frigida fit: uritur duos dies, & totidem noctes cum plurimum. sæpè enim postridie ante solis occasum exusta iam est: rogusq; cessit, id enim euenit, cum nihil reliquum est, quod amplius fluat, totum autem tempus, quo teda uritur uigilantes obseruant, ne quid ignis erumpat, & sacrificant; atq; concelebrant, præcantes, ut pix sibi copiosa, bonaq;, benignitate fiat Deorum. Macedones hoc modo urere assolent. In Asia uerò Syrios non detrahere tedam aiunt, sed in arbore ipsa adurere instrumêto inuento quodam industriè fabricato. Hoc enim partem unam accendi, qua liquefacta aliam, atq; aliam uice pari successionis ignem recipere, finis autem operis, & cessandi inditium, cum scilicet nihil defluit, Terebintbos illi urunt, Pinum enim nequaquam Syria fert, resina & pix modo fieri solent.[a] *uerum picem, Tedam, & resinam nullam penitus arbores nouellæ habent.*[b] *Habet uerò maximam uim necandi plantas nouellas, sicut Oleum.* a. c.6.16. b. c. 5.22

[c] *Placida quercus genus. uide Quercum.* c. b.3.9.

Plantago

suæ radicis modo caules reddunt, uidelicet à ualidis ualidos, atq; multiplices; Quapropter cum à principio exiguo, multi prouenerint caules, fructum quoq; abundè profundi ratio est.

a. h.1.15 b. h.1.18. c. h.1.19. d. h.9.8. e. h.9.13 [a]*Papauer suffrutex est, & semper uiret.* [b]*Semina uasculo inclusa habet.* [c] *& succus lacteus est.* [d] *& à tertio capite lactisuccatio fieri solet.* [e] *Verum syluestris papaueris genera plura notantur, quoddam enim corniculatum appellatum, quoddam autem nigrum est, folio constans uerbasci nigri, sed minus nigro: cauli altitudo cubitalis, radix breuis, per summaq; cespitum* f. c.2.17. 4. 16. *fructus inflexi, ut cornicula figurantur.* [f] *(uerum cum exiguum fructum ferat, fertilissimum est) Legitur circa messes, & aluum purgare potest, folium albuginē ouibus aufert: nascitur iuxta mare locis saxosis. Aliud Erraticum uocatum non absimile intubo erratico constat: quamobrem in usum uenit cibarium: nascitur in aruis, potissimum inter ordea, florem ruffum producit: caput unguis pollicalis magnitudine auget, legitur ante ordei messem, atq; uiridius etiam purgat inferius. Aliud Herculanum nuncupatum, folio constat struthi, quo splendorem linteis tribuunt, radice in summa terræ eunte, fructu albo; Huius radix purgare superius nata est. Non desunt, qui contra comitialem morbum ea utuntur in uino mulso. hæc igitur uelut æquiuoca quædam subiungere placuit.*

Papyrus,

[a] *Papyrus, sari, & mnasium dulcedine, copiaq; ali moniæ præstare uidentur. Sed Papyrus nascitur non in altitudine gurgitum, sed prope intra duo cubita non nusquam etiam minus.* [b] *(in Aegypto papyrus ferulaceus constat, ut etiã laserpitium.) Crassitudine radicis, qua uola uiri robusti, longitudine super dena cubita prouenit: super terram ipsam radices obliquas, tenues, densasq; in limen demittens sursum, quos papyros dixere, profert, triquetros, angulatos, magnitudine quaternorum ferme cubitorum, coma inutili, exiliq; fastigiatos, fructus nullius fæcundos, hosque ex multis partibus mittit, radicibus pro ligno utuntur, non tantum ignis gratia, sed ad uasa quoq; plurifariam faciendæ. Quippe materiem amplam probamq; præstãt. Papyrus ipse ad plurima utilis, etenim ex eo nauigia faciunt, & e libro uela, tegetesq; texunt, & uestem quandam, atq; stragula, ac funes, aliaq; plura. Et quidem externis hominibus Chartæ euidentissimæ habentur: sed summam, frequentissimamq; opem, & in re cibaria præstat. Omnes enim incolæ & crudum, & elixum, & assum manducant, & succum deuorant: manducamentum autem expuunt. Talis papyrus est, talesq; usus præbet. Nascitur & in Syria circa Lacum, quo & calamus odoratus, unde & Antigonus in re naualia funes fecisse proditur.*

a. h. 4.9

b. h.6.2.

[c] *Pastinaca specie lauri colore croci apud Archa-*

c. h.9.15.

a. h. 9.22 *des nascitur.* [a] *Sed agro spartensi Achaiæ pastinacã laudatissimam referunt: natura calefactoriam, radicē nigram.*

b. h. 1.15 [b] *Phellodris (ut Archades uocant) semper uiret.*

c. h. 3.16. *& natura huiusmodi est, ut simplici quidem ratione inter ilicem, & robur hanc esse putaueris: Et quidem fœminam ilicem esse putarunt, ideoq; ubi ilex non prouenit, hac ad palustria similiaq; utuntur opera. ut Lacedemonij, & Elij Dores quidem uel agrestem eam appellant: Est mollior, ac subtilior ilice, durior, ac spißior quercu, colore ligni decorticati, candidior ilice, fuluior quercu, folio similis ambabus, uerum maiori quàm ilex, minori quàm Quercus, & fructum pro magnitudine minorem quàm ilex habet, maiorem quàm quercus: fructum ilicis, huiusq; nonnulli Acylum uocant, roboris autem glandem, est & medulla manifestior, quàm ilex. Phellodrys natura huiusmodi est.*

d. h. 1.22 [d] *Pepo singulis seminibus singulos flores annexos gerit, quippe flos in postremo fructus, & crescentibus fru*
e. h. 7. 3. *ctibus, flos diu infixus seruatur* [e] *Verum breuem radicem sortitur, sicut omnia æstiua.*

f. h. 1. 11. [f] *Perdicium (quod uocant) quòd perdices se ad id uolitent, terramq; suffodiunt, radice eiusmodi continetur, ut aspalax, & Crocum.*

g. h. 2. 3. [g] *Persicum Aegypti sterilescit.* [h] *Sed aliquando*
h. h. 3. 5.
c. 2. 4. *ibi & locis proximis fructificat, quamquam in Rhodo*

usq; ad florem duntaxat deuenit. [a] est & in Aegypto alia quoq; arbor persea dicta aspectu magna, formosaq́, folio, flore, ramo, totaq; figura potissimum piro uicina, nisi quòd altera folio perpetuo, altera deciduo est, fructum abundè parit, omniq; tempore perficit, quippe nouus anniculum semper occupat. Maturitas anniuersariorum afflatu conficitur: reliquum crudiorem auferunt, atq; recondunt. Est magnitudine piri, figura oblongus amygdalæ modo, colore herbidus, nucem intus, quemadmodum prunus continet, uerum longè minorem, molliorem q́: carnem uehementer dulcem, suauem, concoctuq́ facilem; nil enim eos, qui nimium comederint, tentat, radice arbor exuperat, tum longitudine, tum etiam crassitudine, multitudineq́ materiem robustam, & uisu gerit decoram, atram, ut faba græca. a. h.4.20

[b] Pes gallinaceus inter olera numeratur. b. h.7.7.

[c] Petrea circa Psophidem plurima, & optima prouenit. c. h.9.15.

[d] Peucedanum radicem crassam, & spissam habet, quæ quinquè, aut sex annis perdurat. [e] nascitur etiam apud Archades. [f] Verum radix uim calefactoriam habet: Quamobrem unguentum quidam uel ex ea subdatorium faciunt, datur & ad Lienes radix peucedani: Semen inutile est, nec succus ulla in re prodest. d. h.9.14. e. h.9.15. f. h.9.22.

Phleum

a. h. 4.9. b. h.6.1.3 [a] *Phleum in fluuijs, & paludibus nascitur.* [b] *& iuxta aculeum folium gerit, ut tribulus, & Capparis; quæ peculiare nimirum obtinent, ut non solum caulem*
c. h.4.11 *aculatum, sed etiam folium habeant hispidum.* [c] *in lacu Orchomenio phleum fructificare proditum est, et phlei antellam uocatam quod ad Lixiuium utuntur, id placentaceum quoddam est, molle, rubidum, & phlei uerò, & Butomi fœmina sterilis est, ad nexus utilis, mas inutilis, uerum non solum in aqua nascitur, sed etiam in terra. Radix sola pecudibus pabulo est: cum aut squallor uiget, nec humor qui perlueret, cacumina incessit.*
d. h.6.5. [d] *Verum folio constat carnoso. Phleum multifidum, multi stirpisq; est, non tamen altè descendit, germinat cum Vergilijs, primoquè aratro una, nec folia id dimittit, non enim annuum, sed diuturnius est.*

e. h.1.15. [e] *Philica ex syluestribus perpetuò uiret.* [f] *& in mõ*
f. h.3.4. g. h.3.6. *tibus propriè nascitur.* [g] *& ineunte uere germinat.* [h] *ue*
h. h.5.7. *rum obedientissima Phylica est, candorq; ei celastri modo. sed non est admodum utilis, præterquam in alendo pecore; semper enim fronde abundat.*

i. h.1.15. [i] *Picea ex syluestribus perpetuo uiret.* [k] *& cum se-*
k h. 2.3. *mine exeat, tinecja maximè in totum esse uidetur, ut*
l. h.3.4. *pinus conifera, & palma.* [l] *Verum picea in montibus*
m. h. 3.6. *propriè nascitur.* [m] *Et eam quidam florere minimè; sed nucamentũ piceæ proportione grossis præciduis respõdere existimant. sed germinat circiter quindecim die-*

bus

bus post Vergilias. [a] *& auctu faccillima est, & non carer amento (ut uocant.)* [b] *uerum picea à pino distare uidetur, quod pinguior, folio tenuior, magnitudine minor, erectaq; minus assurgit: præterea, quòd conum minorem, horridioremque nucleum, resina rosidiorem ferat. Ambabus folia capillata, & materies candidior, similiorquè abieti, atq; in totum minus pinosa. Magnam et hanc ad pinum differentiam habet: pinum enim adustis radicibus nunquam regerminare, piceam regerminare quidem affirmant, ut in Lesbo accidit in censo monte Pyrrhæo, qui piceis scatet.* [c] *Verum piceæ detracta coma tota perit, ut pinus, & abies.* [d] *& domibus, & nauibus utilis est, sed putrescere celeriter incipit.* [e] *sed quæ robusta inter ea sunt, quæ seri semine possunt, hæc diutius permanent, ut palma, & Pinus conifera nuncupata, & picea pediculifera.* [f] *serò uerò fructum perficit, sicut omnia perpetuò uirentia.*

[g] *Pinus procera, & longo caudice est, & nodosa.* [h] *medullam lignosam habens, unam uerò radicem pregrandem in ima descendentem, sed paruæ complures ab illa exeunt.* [i] *folia rara sunt sicut abietis, & cedri, & extremitate pungentia.* [k] *succus resinaceus* [l] *& in lachrymæ modum) ut omnium coniferarum.* [m] *quæ omnes ex semine exeunt.* [n] *Quidam pinum florere existimant. omnium itaq; arborum germinationes conspicuæ, sed abietis, piniq; maximè, quoniam genicula inuer-*

sus

a. h.3.7.
b. h.3.10.
c. h.4.19.
d. h.5.8.
e. c.1.9.
f. c.1.21.
g. h.1.8.
h. h.1.9. idem fere h.2.7.
i. h.1.16.
k. h.1.19.
l. h.9.10.
m. h.2.2.3 1.
n. h.3.6.

ſus rectos porrigantur, ramiq; conditi ex æquo ſpectē-
a. h.3.7. *tur.*[a] *habet autem amentum, & difficile augetur.*[b] *cau-*
b. h.3.8. c.3.9. *dice uerò præciſo pinus & abies radicitus omnino eo-*
c. h.4.18. *dem anno inareſcunt, etiam deciſo cacumine.*[c] *Si quis*
d. h.3.10 *corticem detraxerit ſtatim moriuntur.*[d] *Et plura ſunt genera, aliam enim urbanam, aliam Syluestrem aſſignant, ſyluestris binum ſtatuunt genus, quorum alterum Idæam, alterum Maritimam uocant. Harum rectior, celſior, materieq; craſſior Idæa: folio tenuiori, imbecilliorique Maritima, & cortice leuiori, utilique ad coria, quod alteri minus. Nux maritimæ rotundæ, breuique dehiſcens tanquam ſyluestrior: lignum maritimæ ualidius, nam eas quoq; terrenorum differentias ſumi par eſt: haud enim incognitæ ſunt uſus cauſa, Idæa ramoſior, craſſiorquè ſtat. Ad hæc picem ipſa omnino copioſius præbet, pix nigrior, dulcior, tenuior, odoratuque gratior ſentitur, dum cruda eſt, decocta uerò deterior euadit: quoniam multum habeat ſerum. Sed quæ iſti nominibus proprijs diſtingunt, alij mare, fœminaquè diuidere ſolent. Macedones uerò etiam genus quoddam pini ſterilem dicunt, & marem breuiorem, folioq; duriorem, fœminam proceriorem, folijs pinguem, mollem, procliuioremquè. Mari lignum circuncincta medulla durum, & operi fabrili uerſuale. fœminæ tractu omnino facilè, atq; mollius, quod quidem omnium ferè marium, fœminarumque publica*

differentia

differentia est, ut cæsores materiæ asseuerant. Quippe omnis mas securi breuior, & contortior, operique difficilior est, coloreq; nigrior, fæmina procerior, atq; facilior: nam & quod ægidem apellant, pinus fœmina gignit, id autem est cor eius. Ratio, quod minus pinosa, minusq; tedam ingerens, & leuior, cursuque uenarum probior est. fit in arboribus magnis cum prostratæ parte candida, & circinante putruerint: his enim detractis medullæ relictæ securis adigitur; est de color omnino, neruoque tenui compacto, quam Idæi Tedarij ficum appellant. quod uerò pinis subnascitur, colore teda rubidius potius inest, odoris grauissimi, nec tedam redolens, nec flagrans, sed ab igne dissiliés. Igitur genera pini hæc assignant, urbanum, atq; syluestre, syluestrisq; marem, & fœminam, ac tertiam sterilem, hæc, & plura uide in capite prædicto.[a] uere istæ cæduntur, cum germinant, nam materies odoratior redditur.[b] distant uerò inter se pinus & abies. pinus enim carnosior, neruisque paucis est, abies neruacior, atq; rigidior, ita ut utrunque è contrario habeat neruos ualidos, carnem mollem, & raram. uide Abietem.[c] Verum pinus natura perpetua est, durat enim maximopere, sed dicunt plusquam abietem corrodi à teredine posse.[d] ambarum uerò nodus difficilimus constat.[e] at ad nauigia aptissimæ constant.[f] in agro Latino pini, & abietes, tum magnitudine, tum pulchritudine

a. h. 5. 1. 9. 11.
b. h. 5. 2.
c. h. 5. 5.
d. h. 5. 6.
e. h. 5. 7.
f. h. 5. 9.

a. h.5.10. *tudine inter omnes italicas præstant.*[a] *Carbones pineos excussores potius quærunt.*[b] *Verum inter reliqua, quæ locis algentibus ualeant perdurare plus caloris sentiuntur, ut abies. pinus, cedrus, hedera, & iuniperus, super his enim nec niuem posse durare autumant, scilicet ratione caloris.*[c] *Sed pinus & hedera loca potius frigida amant; has enim locis feruidis peruenire non posse nulli dubium est.*[d] *tamen locis apricis pinus gaudet.*[e] *benigna uerò omnibus est, quod radice simplici, altaq; sit, seritur enim sub ea & myrtus, & laurus, et alia pleraq; : nec quicquam prohibet radix, quo minus hæc libere augere ualeant, ex quo intelligi potest radicem plus infestare, quàm umbram, quippe cum pinus umbram amplissimam reddat.*[f] *Arborum autem genus etiam aliquod fortasse est, cui corruptio secundum naturam sponte, nec ullo pacto afflictato, sed benè uigenti ueniat, ut pino cum radices mutatæ in tedam fuerint, ita enim ex nimietate nutritionis, atq; excessus, cumq; per tedam transmittere pabulum arbores nequeant, moriuntur. Quod proximum illi uidetur, quod animalibus euenit, quæ extra modum crassantur, atq; pinguescunt, cum enim auram attrahere nequeant, nec ullo pacto spiritu uti possint propter obesitatem, condensatio nemquè, & illa strangulantur, & pinus. Quamobrē non inepte rustici uocabulum istud de pinu usurpant. pinum enim strangulari aiunt obesitate, atq; pinguedine:*

b. c.1.26.

c. c.2.4.

d. c.2.9.

e. c.3.15.

f. c.5.15.

idem. c. 6. 15.

dine: quippe omnia spiritum desiderant aliquem, uel solutionem, uel meatuum libertatem. Ergo corruptiones naturales tales sunt. [a] *Verum teda detractu serua ri potest, huic etiam pinguedo pro magno habetur, sed hæc omnia, cæteraq; non nisi bene adulta sufferre possunt, & hinc quamuis putruerint, seruari tamen, ac ui uere queunt, nam & primum haud semper tedificare consueuere, sed cum uiget, ætateq; maior est. caret enim teda nouella, qua humorem non excoquit, neq; aggregat; sed totum ad germina, incrementaq; altitudinis absumit. statim enim ac dilatari inceperit, uis illa, & habitudo thedæ uidetur consequi.* [b] *fructus omnino pinguis est, ut abietis, piceæ, & Lauri.* a. c.5.13. b. c.6.12.

[c] *Piper fructus est, eius genera duo: unum enim rotundum erui modo, tegmine, carneque constans; sicuti laurina baccha, subrutilum, alterum ob longum nigrũ semina papaueris continens, longe hoc ualidius altero: ambo uim calefactoriam obtinent. Quamobrem contra cicutam auxiliantur, & etiam Thus.* c. h.9.22

[d] *Pirus natura fructificosa est, & sæpius purganda.* [e] *folia orbiculata.* [f] *Semina congesta, & aliquo putamine, & tunica continentur.* [g] *Succus aquosus est.* [h] *flores foliati,* [i] *& raro ex ramis prouenit.* [k] *Verum cum nascitur ex eius fructu degenerat* [l] *Verum in serendo maxime considerandum est positum, scilicet, quæ in Aquilonem, in meridiem, & in orientem spectent.* d. h.3.5. e. h.1.16 f. h.1.18. g. h.1.19 h. h.1.21 i. h.2.1. k. h.2.3. l. h.2.7.

Plantas etiam ipsas uiui radices faciendum, & apud
a. h.2.9. *arbores ipsas, ut piros, malos, & alias.*[a] *fructum uerò*
Idem. c.2. 11. *amittere potest pirus, antequam coquat, sicut malus,*
b. h.3.4. *amygdala, & punica.*[b] *Verum piri & mali in plantis præstantiores non solum fructu, sed & materie inspectantur, quippe cùm montibus breues, nodosæ, spinosæque assurgant.*
c. h.3.6. [c] *mature germinat pirus, & serò perficit fructus; est enim serotina, quippe hyeme sua perficit poma.*
d. h.3.7. [d] *auctu facillima est, & ex cacumine, & late*
e. h.4.6. *re germinat.*[e] *genera plura sunt maiorem in modum, bonæque frugis, & uernæ, præterquam si quæ serotinæ.*
f. h.4.16. 17. c.5. 11. [f] *omnes uerò uermes gignit.*[g] *pirorum semina modo quodam deuincta sunt, & uasculo comuni circum obclusa,*
g. c.1.23. *uigore certe indomito permanent, hæc enim omnia ferè pulpis plenioribus includuntur, quo plus temporis ualeant perdurare.*
h. c.6.21 [h] *Verum ex toto penè fructus, qui gustu suaues sunt, benè olent, nam & pirum, & malū,*
i. c.6.24. *& mespilum tale est.*[i] *Tamen syluestris fructus odoratiores urbanis sunt.*
k. c.2.10. [k] *& magis resistunt, & arbo-*
l. c.2.11. *ribus decerpta maturescere possunt.*[l] *Verum piri, & amygdalæ etiam si non pluat, dummodo aer austrinus nubilusque sit: amittunt & flores & primos fructus, si*
m. c.2.17 *continuo postquam defloruere illud accidit.*[m] *sed cùm benè fructificent, non tamen breui tempore uiuunt, nec cito senescunt, ut pirus, amygdala, quercus, quæ uel*
n. c.3.3. *in grandiori ætate fæcundiora redduntur.*[n] *omnia ue-*

rò

rò autumno serendum, sed pirus, & malus minime, quippe cum sicca natura consistant, hyemẽ ob debilitatem sufferre non ualent. [a] *minus uerò recidi ea desiderant,* a. c.3.10. *quæ plagis infirmitentur, ceu pirus, & malus, & quicquid siccum, & cortice tenui uestitum est, hæc enim resecta uehementer laborant.* [b] *at in singulis ge-* b. c.4.12. *neribus aliæ præcoques, aliæ serotinæ sunt, ut uitis, ficus, malus, pirus.* [c] *non desunt, quæ diminuta posse* c. c.2.20 *meliorescere dicant, ut de piro phocide Chij referunt.* [d] *pirus Syluestris locis feruidis germinare non potest,* d. c.2.4. *ut in Ægypto; ubi nequit germen emittere.* [e] *nam in* e. c.1.17. *alijs locis protinus germinare incipit.*

[f] *Piraster nodosior urbana est.* [g] *& antequam co-* f. h.1.13 g. h.1.15. *quat fructum folia deperdit.* [h] *nec piraster unquam* h. h.2.3. *fit pirus* [i] *tamen uita longior est, quam urbana,* [k] *&* i. h.4.14. k. h.6.1. *aculeata est.*

[l] *Pinaster cultum nullum patitur.* [m] *& nodosa est.* l. h.1.7. [n] *& nunquam folia deperdit* [o] *Et ualidior sentitur, &* m. h.1.13 n. h.1.15 *plus fructus demonstrat, & minus maturat.* [p] *Et in* o. h.3.3. *montibus propriè nascitur* [q] *& diebus circiter quinde-* p. h.3.4. q. h.3.6. *cim post Vergilias germinat.* [r] *Pinastrum pulcherrimum, amplissimumq; apricis emigrat, umbrosis autem* r. h.4.1. *nasci omnino nequit.*

[s] *Pisum legumen est, & serò seritur.* [t] *& multis fo-* s. h.8.12 t. h 8.2. *lijs exit.* [u] *& oblongioribus.* [x] *semina inclusa siliquis,* u. h.8.3. *non interscepta, sed quasi inuicem contingentia con-* x. h.8.5.

stant.

a. c.3.27. idem fere.c. 4.16. stant. [a] Vermes generantur in ipso, & aliis legumi nibus, ob alimenti, cœlique intemperiem, uidelicet, cum plus, minusuè alimenti præbetur, aut aer immodice humidus, siccusuè est, uel etiam cum non tempesti

b. c.4.16. uè humescit. [b] uerum pisum fragilissimum omnium est, quippe eruginem uehementissimè sentit, quia multifolium, terrenum, uagumq; est, implet enim locum totum, etiam si amplo interuallo positum sit, & frigoribus, atq; gelationibus id obnoxium maximè, quia radice imbecilla cohæret.

c. h.3.10. d. h.3.9. [c] Pix è pino gignitur. Vide Pinum. [d] Verum picem urere hunc in modum consueuere, cum locum æqualem præparauerint, & ueluti area facta cõcursum habente, in medium diligenter pauimentarint, truncos perfixos componunt; proxime sanè compositioni carbonem facientium, præterquam quod sine fossa opus perficiunt, lignis erectis, & inter se cobærentibus, ita ut altitudinem assiduè pro multitudine capiant. Quos fieri aiunt, cum compositionem descripserint, circuitu cẽtenorum octuagenorum cubitorum, altitudine uerò cũ plurimum sexagenorum, aut centenorum, & quinquagenorum ambabus, si thæda pinguissima sit; cum igitur Tedam ita construxerint, & materiem pertexerint aliqua terra super infusa undiq; summa cum diligẽtia occultant, ut ignis nulla ex parte emicare possit, pix enim peribit, si id acciderit. succedunt autem per aditum

tum relictum, & in eam quoq; partem stipant materie, & obstruunt terra, reliquasq; omnes obseruant, & quacunq; fumum protrudi uiderint, scalis scandentes terram, assiduè infundunt, quo nullo pacto flamma erumpere possit. Canalis uerò per medium structus aceruum, picem fluentē infoueam ducit; cubitis circiter quindecim ab aceruo pix effluens tactu frigida fit. uritur duos dies, & totidem noctes cum plurimum. saepe enim postridie ante solis occasum exusta iam est: rogusq; cessit, id enim euenit, cum nihil reliquum est, quod amplius fluat, totum autem tempus, quo teda uritur uigilantes obseruant, ne quid ignis erumpat, & sacrificant, atq; concelebrant, praecantes, ut pix sibi copiosa, bonaq; benignitate fiat Deorum. Macedones hoc modo urere assolent. In Asia uerò Syrios non detrahere tedam aiunt, sed in arbore ipsa adurere instrumēto inuento quodam industriè fabricato. Hoc enim partem unam accendi, qua liquefacta aliam, atq; aliam uice pari successionis ignem recipere, finis autem operis, & cessandi inditium, cum scilicet nihil defluit, Terebintbos illi urunt, Pinum enim nequaquam Syria fert, resina & pix modo fieri solent. [a] uerum picem, Tedam, & resinam nullam penitus arbores nouellae habent. [b] Habet uerò maximam uim necandi plantas nouellas, sicut Oleum. a. c.6.16. b. c.5.22

[c] *Placida quercus genus. uide Quercum.* c. b.3.9.

Plantago

a. h.7.9. [a] *Plantago ab radice tantum foliata est.* [b] *& floret, quemadmodum aphaca, Turdaria, & Cicorea, & spicosa est, ut oculus caninus, & cauda uulpina, sed uide oculum caninum.*
b. h.7.10.

c. h.1.7. [c] *Plantanus in paludibus omnino spectatur, ut salix.* [d] *Et radices altas habet, quippe si locum expeditum habeat, subire quantumuis facile possit.* [e] *quemadmodum in Lycio apud aquaeductum nouella adhuc, circiter tria, ac triginta cubita misit, cum simul & copiã alimenti, & loci liberale spatium adepta fuisset.* [f] *cui nodi ueluti cradae gignuntur.* [g] *folia ampla* [h] *Semen manifestum producit, eoq; gignitur, quod tam alijs, quã illo praecipue inditio constat, etenim in tripode aeneo aliquando platanus prouenisse narratur. Has igitur generationes Syluestrium statuendam, atq; etiam spõtaneas illas, quas uel naturae interpretes reddũt. Anaxagoras enim aerem semina omnium habere, quibus cum aqua una delatis, omnia gigni asseuerauit. Diogenes ex aqua putrescente, misturamq; quandam cum terra capessente plantas nasci existimat. Cleodemus ex eisdem quidem atq; animalia plantas quoq; constare putauit. Sed quanto à turbidioribus, algentioribusq; tãto amplius animalium priuari constantia, atq; natura. Quin & alij quidã de generatione referunt, sed haec à sensu quodammodo remota esse uidentur.* [i] *In creta insula agro Cortinensi platanum apud fontem quendam*
d. h.1.9
idem 3.1.
e. h.1.11.
f. h.1.3.
g. h.1.16
h. h.3.2.
idem c.4.5.
i. h.1.15.

stare

ſtare aſſeuerant, quæ nunquam folia deperdit. Iouem ſub ea cum Europa concubuiſſe fabulantur. [a] *Platanum in Andria eſſe negant, præterquam circa Diomedis delubrum, inque uniuerſa Italia raram eſſe affirmant, quanquam multi, magniq; fluuij utrobiq; diluunt: ſed locus planè recuſare uidetur. Dionyſius Tyrannus maior ambitioſus contendens in Rhegio conſeuit in hortis eas, quæ nunc in Gymnaſio ſtant, nec ullā magnitudinem capeſſere poſſunt: contra, loca alia platanum habent plurimam.* [b] *In Nilo etiam platanus prouenit, non tamen multa.* [c] *Durat uerò maximopere, ſunt enim qui dicunt Delphicam platanum & alteram in Caphyis Arcadiæ ſtantem, ſatas Agamemnonis manu.* [d] *Securim ita tolerant platanus & ſalix, tam ſtantes, quàm à flatu proſtratæ, ut reſurgant, uiuant germinentq;. Quod in Antandro & Philippis euenerat, cum enim platanus procidiſſet ramis amputatis, truncoq; ſecuri luxato, reſurrexit noctu leuata onere, atq; reuixit, & cortex iterum circuntexit. Erat duobus lateribus circum dolata, longitudine decem cubitis maiori craſsitudine, ut quatuor uiri non facile amplecterentur.* [e] *uerum lentore non caret, & natura humidior eſt, ſicut ulmus, & populus.* [f] *& non ſolum plagam tolerat, ſed etiam lignis detractis caudici in domita manet, & germinat.*

a. b.4.7.
b. b.4.9.
c. b.4.14.
d. b.4.19.
idem.c.5.4
e. b.5.4.
5.10.
f. c.5.23.

[g] *Polium folium carnoſum habet, ut ſemper uiua,* g. b.1.16

quod contra uermiculos noxios uestimentis interpositũ
a. h.2. ultimo. ualet.[a] Verum culices gignit, cum copiose fructificat,
b. h.7.17. [b] & semper uiret, ut solaris, atq; Capillus Veneris.
Vide Tripolium prope Thus.
c. h. 3. 6. c. 1.3. [c] Populus alba mature germinat, cum lucosa, ste-
d. h. 4. 9. rilisq; sit, ut ulmus & Salix. [d] uerum in amnibus, &
idem. 3. 7. a. 1. paludibus exit. [e] & decisa resurgit, nam & flagiris
e. h.4. 19 in museo procidua resurrexit, [f] Populus nigra, quæ
f. h.2.3. in Creta insula nascitur, translata non uiuere potest.
d. h.3.5. [g] Verum Arcades populum solam sterilem putant,
at uero in Creta & populi nigræ complures fructifi-
g. h.3.1. cant. [h] hæ enim satæ germinant, & celerrime, pulcher
h. h.3.4. rimeq; ex auulsione. [i] & in planis præstantiores sunt.
i. h.3.14.
k. h.4.14 [k] Verum populus alba, nigraq; uniformes habentur,
corpore ambæ erecto, sed excelsior, leuiorq; nigra: fi-
gura foliorum similis, & lignum cum cæditur, albedi
ne simile est, utranq; ne florem quidem habere existi-
mant. Alpina populo albæ non absimilis est, cum ma
gnitudine, tum uero, quod ramis albicantibus spargi-
tur, folio hederæ, sed parte altera sine angulo, altera
oblongo: in que angulum exeunte acutum, colore par-
te resupina, pronaq; ferme simile: pediculo prolixo, te
nuiq; annexo, quamobrem non erecto, sed inflexo, cor
tice asperiori, quam populus alba, scabriorq;, ut pi-
nus syluestris. [l] uerum quæ in aqua sunt, uita breuio-
l. h.2.21. res, quam quæ in terra.[l] Sed quædam totius arboris,

plantæue

plantæue mutationes, exoriri uidentur, ut populum candidem transire in nigram, tum fronde, tum etiã tota specie aiunt.[a] *nam populus alba in totum nigræ dissimi lis fronde, formaq; tota est, sed in senecta simillima efficitur, quia exiccetur, & ieiunius nutriatur.* a. c. 4 5.8.

[b] *Polypodium uocitatum in quibusdam arboribus aliquaudo uisum est pullulare, & nasci.* b. c.3.23.

[c] *Porcellia inter olera numeratur*[d] *& leuior est in tubo, & aspectu mitior, & dulcior est.* c. h.7.7. d. h.7.11.

[e] *Porrum decimo nono, nonnunquam etiam uigesimo die prouenit, & ex recentioribus seminibus maturius exit, ut Gethyum, & Cucumis, uerum non anno tantum fructificat, sed etiam bimatu, & unicaule constat*[f] *uerum subtus suo latere promit, ueluti quoddam caput bulbaceum, ex quo foliorum ortus, caule tameu arefacto, semineq; sublato.*[g] *at fœcundissimum est, et si aceruatim seratur, melius nasci, augeriq; posse uidetur, sicut etiam apium, hæc enim serunt in lacinijs colligata, atq; ita ampliora redduntur.*[h] *& trãslata meliora reduntur, tamen non est immune à porricidis.*[i] *& semina firmiora sunt ad perdurandum.*[k] *tonsum porrum, & diminutum melius redditur, sicut cætera olera, & herbæ.*[l] *Verum calidum est, sicut omnia acria. & hac de causa aliquando non facile germinat.* e. h.7.1. f. h.7.2. g. h.7.3. idem c.5 7. h. h.7.5. i. h.7.6. k c.2.20. idem 3.23. l. c.43.

[m] *Portulacæ arbori cortex cadit, ut unedoni, & arbuto.* m. h.1.8.

a. h.1.15 *buto.* [a] *& ex syluestribus perpetuo uiret.* [b] *Quin &*
idem 3.4.
b. h.3.4. *in montibus propriè nascitur.* [c] *& serotina habetur.*
c. h.3.6. [d] *facileque augeri potest.* [e] *habet hautem hæc arbor fo-*
d. h.3.7.
e. h.4.4. *lium simile, & penè æquale, atq; persica.* [f] *uerum om*
f. h.4.18. *nes ferè arbores detractis partibus moriuntur, portu-*
laca excepta, quæ tamen & ipsa siquis carnem uehe-
menter præsserit, germenq; futurum laxauerit, morie-
g. h.5.8. *tur.* [g] *est uerò utilis mulieribus ad opus textorium.*

h. c.1.10 [h] *Portulaca & Cucumis in olerum genere, æstate*
idem c.4.3. *germinant, sicut cætera humida, & frigida, nam om-*
nia humida & frigida æstate germinant, sicut calida
hyeme, ut utraq; natura conuenienter temperata utriq;
tempori sit.

i. h.1.18 [i] *Prunus semen habet carne & nucleo interiacente,*
idem c.4.1
k. h.1.19. *ut olea, & aliæ* [k] *succos dilutos.* [l] *flores foliatos, &*
l. h.1.22. *super fructum ipsum insidentes.* [m] *Verum serere præ-*
m. h.2.7.
n. h.3.7. *cipiunt distantes prunos.* [n] *& radices numerosas.* [o] *(et*
o. c.1.3. *longas) habent.* [p] *& folia similia sunt arbuto, & por-*
p. h.3.16 *tulacæ, corpore paruæ: peculiare in hac arbore, fru-*
ctu lanugine pappo dicta, perire, id enim de nulla alia
q. h.4.3. *arbore accepimus.* [q] *Est & alia quædam arbos pru-*
nus insignis magnitudine mespilis proximum, nisi quod
rotundum nucleum habet: florere incipit mense Iulio,
fructum circa brumam perficit, nec folia dimittit.

r. h.6.4. [r] *Pternix.*
s. h.6.7.
t. h.7.12. [s] *Pugio uere floret, ut Hyacinthus.* [t] *& semine*

prouenit,

prouenit, ut bulbus, Lirium, & aliæ.

[a] Pulicariæ plura sunt genera. [b] Et eius mas, & fœmina, & distant. fœmina enim tenuiori folio conditur, & compreßior est, atq; in totum minor: mas amplior, craßioriq; caule, atq; ramosior, & folium amplius, pinguiusq; habens: necnon & flore splendidior est: ambo fructifera sunt, in totum serotina germine, floreq; constant; quippe cum circa arcturum incipiant, mari grauior odor: fœmine acrior: ideoq; contra bestiarum morsus commodior est. a. h.6.1. b. h.6.2.

[c] Punicis uim magnam adeo esse, ut si in urceum bullientem eam inieceris, feruorem extingues non solum parte aliqua temporis, sed etiam ex toto, puniceam .n. exiccare uehementißime, atq; ad se spumam totam recipere uoluit, idq; extinguendi causam esse. c. 9.18.

[d] Punica caudices multos habet. [e] Sed contortiores, & breues. [f] medullam carnosam, radicem breuem, & per summa terræ adhærentem[g]. Verum in ramos spargitur, & molem superiorem, grandioremq; gestat. [h] folia angusta sunt. [i] fructus ex humore, & cute constat. [k] Et acinos habet. [l] Succus acidus est. [m] uerum super fructum ipsum florem insidentem emittit. [n] & ex annotinis fructus gignit. [o] nascitur auulsione, sed quod euellitur radicis, aut stipitis aliquid habeat oportet. [p] uerum aliquando mutatur, ut in Aegypto, Ciliciaq; euenire accepimus, nam in Aegypto acidam tum se d. h.1.5. e. h.1.8. idem. c. 3. f 15. e h.1.9. g. h 1.14. h. h.1.16. i. h.1.17. k. h.1.18. l. h.1.19. m. h.1.22 n. h.1.23 o. h.2.1. p. h.2.3.4. idem c.1.3.

mine

mine tum planta in dulcem quodammodo, aut uinolentam conuerti. Ciliciæ uerò circa Ialos iuxta amnē Pinnarū, qua contra Darium dimicatum eſt, omnes ſine nucleo ſurgunt, neglecta uerò in syluestrem tranſit, & è contra cultura enim maximè mutatur. [a] *ſerere uero iubent non plus quam nouenos pedes diſtantem.* [b] *& maximè aquam diligit.* [c] *fructum etiam amittere poteſt, antequam coquat, ſicut amygdala, malus, & pirus.* [d] *germinat autem ad ortum arcturi poſt uernum, & nō ſolum cacumine, ſed etiam latere.* [e] *ſeneſcit quidem, putreſcitq; uelocius, ſed ex eiſdem rurſus latere regerminat.* [f] *uermiculationem ſentit, ut olea, malus, pirus, et meſpilus.* [g] *ſed ramis aculeata eſt,* [h] *poteſt tamen fructus reſeruari detracto pediculo.* [i] *Verum protinus detractam punicam ſtatim inſerere ſolent, quoniam ſicca eſt, ut ficus.* [k] *at facilè augetur, & ſemine deterior exurgit* [l] *germinat facile quoniam uiribus ualet, & alimento abundat.* [m] *nonnunquam etiam fructum ſecundū oſtendit.* [n] *imbres ei ſeriores tempeſtiui ſunt.* [o] *& myrto punica maximè amica.* [p] *flores facilè amittit, quia nexus eorum debiliſſimus eſt; itaq; cum guttæ pluuiæ, aut rores in eos deciderint, ſubeuntes quoquo uerſus humectant, labefactantq;, qua de cauſa deducere arbores ſolent. nec in excelſum eas excurrere ſinunt, ne flores in erectum formati humorem ſuſcipiant. Quidā etiam uirgas è contraria ſeri præcipiunt ad rationem,*

a. h.2.7.
b. h.2.
c. h.2.9.
d. h.3.7.
e. h.4.14.
f. h.4.17
g. h.6.1.
h. h.7.12.
i. c.1.6.
k. c.1.9.
l. c.1.10
m. c.1.13
n. c.2.3.
o. c.2.10.
p. c.2.11.

ut ſe

ut se subinde ualeat inclinare. [a] *remorderi uerò desiderat punica, nam urinam infundunt, & pellium feces accumulat, & hac de causa melior euadit.* [b] *uerum quæ dulcia sunt celerius putrescunt, nam punicæ dulces magis putrescunt, quam acidæ.* [c] *aliqui amygdalas, & punicas castigare solent, uel cum arbor firmior, atq; robustior redditur.* [d] *& non solum discißionem tolerant, sed etiam fißionem caudicis.* [e] *dimutilata uerò durior efficitur. flores uerò quoniã aliqua mole corporis emergunt, serius se ostendunt, & hæc de Punica.*

a. c.3.23.
b. c.5.11.
c. c.5.12.
d. c.5.23.
e. c.5.24.

Q



Vadratoria [a] *serotino germine constat, sicut Thuia, & taxus.*

[b] *Quercus in agro Thurio est, ubi Sybaris perspicua, quæ nunquam folia dimittit, eam non una cum alijs germinare aiunt, sed post ortum Caniculæ.* [c] *Verum sata aliquando degenerant, nam deterior exit, itaq; cumpleriq; ex ea, quæ in Epyro nascitur, seruissent, nullo pacto prouenire similis potuit.* [d] *at mature germinat* [e] *& terrena spectatur, nascitur uerò quercus, & abies super lapides, fictiliaq; carent radicibus, sed modo patellarum adhærent. folium am babus uelut carnosum, oblongius, crassumq;, & abie*

a. h.3.6.
b. h.1.15
c. h.2.3.
d. h.3.6.
e. h.4.7.

ti craßius, frequens, nec leguminum siliquis absimile; concauum intus, nec quicquam intra se continens, Quercui tenue, ac potius tamaricis: color ambobus accedens ad purpuram: forma tota abietis erecta, quercus flexuosior, atq; in latitudinem magis ampliata: ambæ uel multicaules fiunt, sed simplicior abies: rami abieti longi, recti, solutiq; Quercui breuiores, contortiores, spißioresq;: magnitudo tota ambabus cubitalis, parumuè altior, uerum maior, (ut simpliciter dicam) abieti. Quercus uel ad lanas inficiendas utilis mulieribus, ramis adnexa pendent pleraq; animalium testigerorũ; subter alia quædam cauli ipsi aderent ad quedam tota obesa ingrediuntur millipide, & aliæ quædam generis eiusdem bestiolæ, quodq; Polypi specimen gerit. Hæc itaq; terrena contemplatuquè constant facilia. Quid autem uel alteram quercum nascentem in alto referunt, quæ etiam fructum fert, & glans eius commoda est. quin & alias magnitudine insignes quas-
a. h.5.8. *dam compertas homines nantes, seq; summergentes referre traditur.* [a] *Verum nec pino, nec abieti quercus*
b. c.2.16. *conglutinari ualet, altera enim spissa, altera rara, et altera similis, altera minus.* [b] *Sed cum ubere fructificet, non breui tempore uiuit, nec citò senescit, ut etiam*
c. c.2.23. *amygdala, & pinus, quæ in grandiori ætate fœcundiora redduntur.* [c] *nascitur & in ea Viscum, et aliquando etiam Laurus in ea uisa est.*

Quinquefolia

[a] Quinquefolia, siue quinque peta (nam hoc etiam nomine appellatur) cum effoditur rubra est, inarescens uerò nigrescit, atq; quadratur; habet folium uitis, sed pusillum, & colore simile uitigineo, & augetur, & desinit cum uite, folia omnia quinq;, unde & nomen. Caules prætenues mittit, & crebris internodijs constat. a. h.9.14.

R



Adix[a] caudice uno constat, & arboris quasi naturam adipiscitur, ueluti ruta, quamobrem eiusmodi olera nonnulli oleri arbores uocant, & quidem omnia olerum genera certe, aut plurima cum permanserint quasi ramos quosdam capessunt, totaq; in arboris figuram mutantur, diu tamen durare nequeunt. [b] uerum radix mense Iulio seritur, ut rapa, & braßica, & die tertio erumpit, tam hyeme quam æstate, licet æstate celerius caulescat. [c] radices plurimum certe perdurant, & aliæ regerminant, aliæ non. radix & rapa si terra cooperiantur, usq; ad æstatem durare, & crescere possunt, quod olitorum nonnulli de industria faciunt, non enim regerminant; neq; folium mittunt, nisi accumulatam humum semoueas, quod in reliquis deprehendi facile potest. [d] uerum semen in a. h.1.5. b. h.7.1. c. h.7.1.

a. h.7.4. *siliquis est, ut sinapi, & fœcundissimum est.* [a] *Sed tamen plura sunt radicis genera, ut Corinthium, Cleonæum, Liothalassium Bæotium. Amplissimè corinthia adolescit, quæ uel stirpe constat detecta; hæc.n. sursum uersus protruditur, non ut cæteræ in terram ampliari solita est. Liothalassia, quam traciam uocant, ualidissima aduersus frigora traditur. Bæotia dulcissima est, & figura rotunda, nec ut Cleonæa prælonga: quibus folia leuia, dulciores, suauioresq́; sunt; quibus autem scabra sunt, acriores. genus præterea redditur,*

b. h.7.5. *quod folijs erucæ simile constat.* [b] *radicibus contra pu*

Idē.c.2.25. *lices ne noceant remedium: interserere eruum, sed ne*

c. c.6.17. *nascantur nullum medicamen compertum referunt.* [c] *sapor non in folijs, sed in radice est, ut alliorum, cæparum, & radicularum.*

d. c.6.4. [d] *Radix quædam carduo similis hominibus insaniā*

e. c.6.18. *importat.* [e] *Sed tamen radices herbarum semper sunt uenenosiores illis.*

f. h.1.2. [f] *Radix est id, quo alimentum attrahitur.*

g. c.1.13. [g] *Radices plantarum prius semper, quam germem producuntur, cum uerò hyemes tempestiuæ, sereneq́; sunt, simul & supera, & infera incrementum capes-*

h. c.6.17. *sunt.* [h] *Sed quoniam de radicibus agimus hoc est animaduertendum, quòd omnibus, quibus radices siccæ,*

i. h.9.13. *surculosæq́; sunt, nunquam stercus disponunt.* [i] *Verū radicum differentiæ talesq; sunt, aliæ acres, aliæ amaræ,*

aliæ dulces, aliæ suauis olentiæ, aliæ grauis.[a] *uerum radices tanquam uentres plantarum sunt. quoniam cibus in his aliquatenus alteratur.* a. h.6.15

[b] *Rami sunt, qui à caule fissi multiplices sparguntur, quos nonnulli nodos appellant.*[c] *uerum tam parui quam grandes principia quædam uitalia, quæ tepefacta temporis indulgentia germina pariunt, etiam si nulla innitantur radice: quod præcipuè in plantis patescit quas detractas uitibus, alijsq; componunt in dolijs.* b. h.1.2. c.

[d] *Rhamnus frutex est, & perpetuo uiret.*[e] *& alia candida, alia nigra, fructusq; diuersus, ambæ uerò aculeigeræ.*[f] *peculiare racemis, quòd per latera caulium se piunt: postremoq; caulis racemus omniū maximus per pendet, sicut in Rhamno, & rubo: unde fit, ut extremo fructifera, latere largè fructufera ista spectentur.* d. h.1.15. idē.c.1.10. e. h.3.17 f. h.3.18.

[g] *Verum ex Rhamno Terebrum fieri solet, quæ quidē uel conceptaculum præbere idoneum est.* g. h.5.10

[h] *Rapæ radix quasi ex carne, & cortice constat.*[i] *Se[illegible] uerò post æstiuum solstitium mense Iulio, & celerius diebus calidis caulescit, semenq; ocius reddit.*[k] *Verum si terra cooperiatur, usq; ad æstatem durare, & crescere potest, sicut in radice diximus.*[l] *Semen in siliquis producit, & fæcundissimum est.*[m] *uerum alij esse, alij non esse diuersitatem generis putant, sed marem tantum, fœminaq; differre, nasciq; ambas ex eodem semine, sed ut effeminentur raras deponere oportere, nā* h. h.1.10 i. h.7.1. k. h.7.2. l. h.7.3. m. h.7.4.

si densæ positæ sunt omnes masculescere aiunt. quod idem futurum etiam si in terra uitiosa seueris, qua de causa semine satas plantatim transferentes deponunt. Semen quoq; deterius, meliusuè uisu percipi potest; quod enim probum sit, tenue senties, quod uitiosum, crassum gaudet frigoribus & Rapa & Radix, & sic eas dulcescere putant simulquè incrementum in radicē non in folia uerti, austrinisquè atq; serenis temporibus celeriter caulescunt. [a] *Rapa syluestris radice longa, & modo raphani, breuiq; caule consistit.* [b] *Verū rapa ui temporis, quo seritur, diuersam speciem capit, siquis enim protinus ab area serit, ampla efficitur, quod ideo fit, quia plenius radicatur, dilataturquè amplius.*

a. h.7.6.
b. c.5.7.

[c] *Raphanorum radices cum indurescunt, in lignum transeunt,* [d] *licet carnosæ sint.* [e] *Verum olitores percrassant earum folijs dreptis per hyemem cum maxime nigent, terraq; aggregata, ut nec imbres possint admitti, sic.n. per æstatē mira crassitudine distenduntur.*

c. h.1.4.
d. h.1.8.
e. c.5.6.

[f] *Resina hunc in modum fieri solet, in pino quidem ubi iam uulnerata arbore, theda detracta est, resinam hauriunt, sic enim in uulnus inuectum, humor copiosior confluit, in abiete uerò, & picea cum lignis degustatis uulnus intulerint, haud enim quamq; secretiorem modo eodem agi mos est, uulnerant enim & terebinthos parte utraq; caudice scilicet, & ramo, sed copiosior,*

f. h.9.2.

ſior, & melior, quæ in caudicem defluit.[a] *uerùm picem, Tedam, & reſinam nullam penitus nouellæ arbores habent.*[b] *Quamobrem præparare conſueuerunt, alia ſiccantes, atq; ſuccantes, alia inſecantes, quo ſolis, ac aeris uis coagere melius poſsit, ut reſinam, & reliqua generis eiusdem, & Thus, & myrrham, & Laſerpitium.* a. c.6.16. b. c.6.17

[c] *Robur ramos inconditos habet.*[d] *& cortice carnoſo conſtat. lignum graue eſt.*[e] *medulla nigra, & radices altæ ſunt, & carnoſæ.*[f] *uerum in ramis nodi uéluti cradæ gignuntur.*[g] *folia non ex eisdem partibus pendent, ſed plurimis quidem è germine, nonnullis uerò ex ramo, robori etiam ex caudice.*[h] *uerum aliqui ex ſemine tantum eam produci ſtatuunt, alij ex radice quoquè ſed lentè, nonnulli etiam ipſo caudice detruncato.*[i] *non deſunt, qui robur, & nucem auellanam florere exiſtimant, & cum germinare incipit germinationem intermittit, ter enim turget, ternaq; germina edit.*[k] *loca uerò robur frigida amat, ut pinus, abies, buxus, caſtanea, & aliæ.*[l] *& cum germinat, ſi quis aliquid detraxerit longo ſpatio temporis moritur.*[m] *uerum cæſum robur tempeſtiuè neq; putredinem ſentit, & prædurum, ſpiſſumq; ad ſimilitudinem cornu perdurat, totum enim cordis ſpecimen, gerit, tempeſtiuè uerò cæditur poſt autumnum.*[n] *& ſimul durum, & ſpiſſum robur eſt.*[o] *& in opere difficillimum eſt.*[p] *tamen* c. h.1.1. d. h.2.8. e. h.1.9. f. h.1.13 g. h.1.16. h. h.2.2. i. h.3.6. k. h.4.6. l. h.4.18. m. h.5.1. n. h.5.5. o. h.5.6. p. h.5.8.

men pondus substinere ualidissimum potest, & magis nauibus, quam domibus commodum est.

a. h.1.15 [a] *Rosa inter suffrutices est, & perpetuo cacumine*
b. h.1.21. *uiret, alijs amissis.* [b] *flores bicolores sunt, quòd in his alterum florem insidentem medium gerit.* [c] *Verum flos*
c. h.1.22. *ipse super fructum est: ut maior pars coronariarum.* [d] *nascitur omnibus modis, immo caulibus concisis ut*
d. h.2.2.
e. h.6.2. *gramen etiam exit.* [e] *rami aculeati sunt, ut rubi, & cap*
f. h.6.6. *paris.* [f] *rosarum autem differentiæ per multæ, foliorum multitudine, paucitate, asperitate, leuitate, colore, odore. Quippe cum plurimis quina folia sunt, quibusdam duodena, uicenaque, alijs longè plura: sunt.n. quas centifolia uocant, quæ circa Philippos plurimæ exeunt, easq; incolæ ex Pangæo transferentes serunt; illic enim multæ eiusmodi fiunt, sed folia interna parua admodum sunt; ita enim oriuntur, ut alia intus, alia extra emicent, non tamen iucundi odoris, odoratiores inter amplas, quibus pars ima scabra. Ad summã (ut dictum est) & odoris & coloris præstantia ratione locorum contingit, nam & quæ in eadem tellure proueniunt, diuersitatem bonæ, exilisuè olentiæ, nullam ostendunt. Odoratissimæ, quæ apud Cyrenam gignũtur, & proinde unguentum iucundissimum illic faciunt.*
g. c.6.27 [g] *(Rartio quia non nisi ratione siccitatis odoratæ consistunt.) Ex semine etiam nascitur, quod flori subditum suo in malo contentum cneceum, uel acanaceum lanugi-*

ne

ne quadam obductum gerit, ut primis seminibus proximum sit. Caeterum quoniam tardè perficitur semine, sata caule conciso (ut dictum est) serunt. [a] uerum serior pugione, & Hyacintho est, & nouissimè quidem erumpit: prima autem inter uernos desinit flores, parum enim temporis durat eius prouentus, uerum ad uigorem quinquennium perdurat; non adusta, neq; recisa; sed eius quoq; flores senescentis deteriores redduntur. Ad iucundam autem olentiam & rosarum, & uiolarum, & reliquorum florum solum Coelum singulis accommodatum plurimum confert, nā in Aegypto caetera quidem omnia sine odore, floreq; etiam aromata dicta sentiuntur, myrti uerò mirum in modum odoratae assurgunt, prouenire ante haec nostra & rosas & uiolas, & reliquos flores tractus illius etiam binis mēsibus plusque durare haud hoc breuiori tempore aiunt. Videtur & annus (ut diximus) ad bonam olentiam referre, cum scilicet talis, aut talis incesserit, non imbriū, squallorumq; tantum ratione, sed etiam cum tempus certum & aquae, & flatus, & in totum Coeli commode mutationes accessere. Montibus autem (ut simpliter transigam ratione) & rosae, & uiolae, & reliqui omnes flores, odore longè deteriores emergunt: atq; coronariorum, & in totum suffruticei generis commentatio, hisce, similibusquè absoluitur. [b] uerum si autumnus prolixior fuerit, rosa etiam erumpere potest. [c] rosas

item c.1.4.
a. h.6.7.
b. c.1.15.
c. c.3.24.

non

non solum præcidunt, uerum etiam adurunt, desinunt enim florere, syluescuntq́; pastus fœcunditate, ni-
a. c.6.14. *si ita tractetur.* [a] *salsugine etiam rosa ægrotat.* [b] *& hoc*
b. c.6.16.
c. c.6.21. *mirandum, quòd alia pars benè olet, alia minimè.* [c] *causa autem cur rosæ flos tantum olet, talis est, quia eius*
d. c.6.23 *ex coctio in flore fit.* [d] *quæ autem debilia sunt, celeriter euanescunt, ut uiolæ tam nigræ, quam candidæ, amaræ, maleq́; olidæ in uetustate redduntur: nec sicuti rosæ suum odorem etiam siccæ conseruant, dum deficiant penitus: uirides tamen longè redolent, siccæ non, nisi proximè admotæ. Ratio, quod induratæ quodamodo defectu proprij caloris halitum reddere nequeunt, nam ad usum quidem unguentarij eas quoq; aliquatenus siccare consueuerunt, ut odorem sinceriorem relinquant.*
e. c.6.29. [e] *Vrbana rosa odoratior est syluestre.* [f] *Verum Can*
f. c.6.5. *thari odore rosarum necantur.*

g. h.9.10 [g] *Radicis roris marini partem unam superius, alteram inferius purgare profecto mirabilius est, ut Tha*
h. h.9.12. *psiæ, & caricæ, quam alij pirum appellant.* [h] *uerum roris marini genera duo sunt, alterum sterile, alterum fertile, & alterum tam fructu, quam folio utile, alterum tantum radice: fructus Canchris uocatur. Habet id fructiferum genus folium palustri apio simile, sed multo maius: Caulem ad magnitudinem cubiti, aut maiorem: radicem magnam, crassam, candidam, & uelutu thus redolentem, fructum candidum, scabrum, oblongum,*

longum, nascitur potißimum solo squalido, atq; saxoso; radix medicamento ulcerum utilis, & mensibus pota in uino nigro austero: fructus ad urinæ stillicidia, & aures, & argemam, & ad oculorum morbum, lippitudinem nuncupatum, & lactis ubertatem mulieribus facit: sterile illud folio lactucæ amaræ cōstat, sed scabriori, cādidioriq́; radice breui; nascitur id quoq; prædicto solo uberrimè: radix partim superius, partim inferius purgat, quod enim germen uersus, cōsistit superius purgat, quod terrā uersus, inferius: prohibet et uestibus interposita uermicu'os noxios, colligitur per meßē tritici.

[a] *Rubiæ plura sunt genera* [b] *& radices rubicundæ sunt.* [c] *uerum folio hederæ constat, rotundiori tamen consistit. nascitur humi, caulis modo graminis, loca amat umbrosa, Cit urinam, qua de causa ad lumborū, & coxæ dolores ea utuntur.* a. h. 6. 1. b. h. 7. 9. c. h. 9. 14.

[d] *Rubus frutex est.* [e] *et perpetuo uiret.* [f] *folia cum extremo, tum lateribus sinuata concidunt, & spinosa cuncta redduntur.* [g] *immo etiam caulis, & rami.* [h] *peculiare racemis, quòd per latera cauliū sepiunt, postremoq́; caulis: racemus omniū maximus perpēdet, sicut in ramno, & rubo, nude fit, ut extremo fructifera, latere largè fructifera iste spectetur.* [i] *uerū nōnunquam rubus in fluuijs, locis eiusmodi spectatur.* [k] *et plura sunt genera, sed maximò inter se discrimine distant, quòd quædā erecta, excelsaq́;, quædā propè è terra, protinusq́; deor* d. h. 1. 5. e. h. 1. 15. f. h. 1. 16. g. h. 6. 1. h. h. 3. 18. i. h. 4. 9. Idem. 13. k. h. 3. 18

sum uergens, cumq; se terræ coniunxerit, radicans rursus, quem humirubum quidam appellant. Canirubus autem fructum subrutilum parit, malo punico simile, atq; arborem punicæ, non obsimilem folio amerinæ.

a. c.1.21 [a] *fructum uerum racematim rubus gerit, & non solum sero, sed etiam particulatim maturescit.*

b. h.1.9. [b] *Rumex inter olera numeratur, & radice singulari*
c. h.7.1. *cohæret, ut maior ferè pars olerum.* [c] *seritur quippe cum hyberni principium post æstiuum solstitium sit, mense Iulio, quo braßica, radicula, rapa, & aliæ.*
d. h.7.2. [d] *Sed omnium maximè unistirpem Rumicem esse putaueris: lateralis enim crassas nullas penitus agit, sed tantum prætenues, nititur altißima omnium radice maiore nanq; semipedibus termis. syluestris breuiorē agit: multicaulis, atq; ramosus consistit, & tota forma cū perfecta est, betæ proxima sanè cernitur. Diuturnitate quoq; syluestrem, & in totūm (ut ita loquar) omnia*
e. h.7.3. *olera uincit.* [e] *Radices carnosæ sunt.* [f] *& plura sunt*
f. h.7.4.
g. h.7.6. *Rumicis genera.* [g] *Sed syluestris quanquam gustatu gratior, quàm urbana, tamen succo acutior, quo præcipue differat, omnia autem uel sicciora urbanis sentiunt, & fortè ob id ipsum magna ex parte acriora, uehementioraq; sunt.* [h] *uerum in totum Rumex cultura de*
h. c.3.1. *terior redditur.*

i. h.1.5. [i] *Ruta caudice uno consistit, & arboris quasi natu*
k. h.1.15 *ram adipiscitur, ut radix.* [k] *& perpetuo uiret, & amis*

sis

ſis reliquis, tamen cacumine perdurat.[a] *Verum ex palmite exit, & auulſione*[b] *& plura ſunt eius genera.* a. h.2. 17. 2. c. 1.4.
[c] *Sed cum omnia olera aquas, fimumq; diligant, Ruta ſola fimi aſpernatrix eſt*[d] *ſyluestris aſpectu uicina urbanæ eſt, præter quam quòd folijs minoribus, caulibusq; ſcabrioribus conſtat, & ſucco potiſsimum acriori, uehementioriq; conditur, ut Satureia, origanum, & braſsica.*[e] *Rutula (ut uocant) folia carnoſa habet, ſed caro in latitudinem diſtenditur, non in rotunditatem craſſatur.*[f] *Ruta aquis ſalſis rigata melior euadit, ſicut etiam braſsica, beta, & eruca.*[g] *Cinis fico, & rutæ utilis eſt facit enim ſiccitate ſua, ut radices neq; uermem, neq; putredinem ſentiant.*[h] *Braſica, & ruta dimutilatæ, in ramos diſperſæ, ampliores, meliores, ſapidiores redduntur.*[i] *Viperæ cum aliquo noxio commiſſo, mox aliud, quod iuuet aſſumunt, ceu rutam, ubi allium commederunt.*[k] *Odor autem ex humiditate, ſiccitateq; moderatur. ex quibus odores omnes ſcilicet oriuntur.*
[l] *omnino quicquid in alio ſeri poſsit melius redditur, ceu Ruta in fico, ſic enim optimam poſſe fieri creditur: cortici infixam ſerere, & terra occultare conſueuere, euenit nanq; ut humor lacteus ille fici ſuper alimoniam auxiliari quoq; ſuo calore ualeat opportunè, ſicut & cinis congeſtus radicibus, ut ſupra diximus.*

b. h.7.4.
c. h.7.5.
d. h.7.6.
e. h. 1.16
f. c.2.7.
g. c.3.22.
h. c.3.24.
i. c.6.4.
k. c.6.29.
l. c.5.7.

[m] *Rhutrum cacumine tantum ramos ſpargit.* m. h.6 3.

S

a. h.1.7. idē 4.2.9. b. h 5.10. c. h.1.8. idem 3.1.



Alix[a] palustris omnino spectatur.[b] & humida est.[c] contortior, & caudice breui constat, sicca tantummodo leuis est.
d. h.3.1. [d] Sata germinat, & celerrimè, pulcherrimeq; ex auulsione,
e. 1.2. e. h.3.2. & non nulli sterilem putant.[e] Cæterum Sali-
idem. fere c. 2.13. cem celeriter fructum, antequam in plenum crassetur, percoquaturq; dimittere asseuerant. Quamobrem Homerum haud improbè frugiperdam hanc appellasse in
f. h.3.4. quiunt.[f] nascitur in planis.[g] & maturè germinat, si-
g. h. 3.6. cut aliæ steriles, lucosæq;, idest ut ulmus & populus.
h. h.3.7. [h] Verum auctu facilis est.[i] & in aliquibus locis pluri
i. h.4.7. k. h.4.11 ma prouenit.[k] In lacu Orchomenio etiam nascitur. ue-
l. h.4.14. rum tam in aquis, quàm in terra nascitur.[l] sed quæ in
m. h.4.19 aquis prouenit, uita breuior est.[m] In Philippis Salix
idem. c.5.4. resurrexit: fuit quidem detruncata, sed non circundolata. Aruspex tunc quidam persuasit, ut sacrificarent, custodirentq; arborem, ut pote factum ostento fausto.
n. h.5 4. [n] Lenta Salix, uitisq;, quade causa scuta ex his facere solent: Ista enim protinus plagam contrahunt, sed le-
o. h.5.8. uior Salix: rarior enim & ob id ea magis utuntur.[o] sed non solum ad scuta, uerum etiam ad Cistellas, Canistra, & eiusmodi reliqua idonea est.[p] Verum mul-
p. h. 3.13 tigena est. Nam alia nigra dicta, quòd cortice nigro, aut puniceo tegatur: alia candida, quòd candi-

do

do: uirgas pulchriores, & ad texendum commodiores
nigra profert: candida spißiores. Est tam nigræ, quã
cadidæ genus quoddam paruum, & incremento in ex
celsum orbatum sicut uel in cæteris arboribus idem in-
telligi potest, ut in cedro, & palma. Hoc Arcades
non salicem, sed Hellicam uocant, existimantq́; (ut re
tulimus) fructum fæcundum eam parere.[a] *Verum spõ* a. c.1.52
tanea nascitur, & ignoratur quomodo, latitare enim
naturas seminum omnino arbitrandum est.[b] *& imper-* b. c.4.4.
fecta quidem germinat.

[c]*Saluiæ plura sunt genera.*[d] *Sed Sphacelus & sal-* c. h.6.11 d. h.6.2.
uia inter se distant, quasi alterum urbanum, alterum ge
nus syluestre dixeris. Sphacelo folium leuius, contra-
ctius minusq́; squallens: saluiæ scabrius.

[e]*Salsicortex roboris species est, quæ caudice craf-* e. h.3.9.
so, & fungoso, & cauato constat. Si crassus sit, ma
gna ex parte cernitur; quapropter ædificijs minus hæc
utilis habetur.. Item breui putrescit, quod ex natura
eius arboris accidit; Qua de causa concaua, & inanis
redditur. Sunt qui & corde hanc solam carere uolunt,
& fulmine solam iaci, quãuis non altitudine excellat:
Acolum quidam nec ad sacrificia lignis eorum utun-
tur. hæc pro materiæ uniuersæ speciei modo discrimi-
na intelliguntur. gallas singula ferunt genera.[f] *Salsi-* f. h.3.101
corticis materies ad axes, similiaquè tantum commo-
da est.

Sansucum

a. h.1.15. b. h.6.1. [a] *Sansucum suffrutex perpetuo uiret.*[h] *& coronaria herba est, surculosa, minutisq; condita folijs, ut Serpyllum, sisymbrium, helenium, abrotanum, quæ fruti*
c. h.6.7. *ces proinde redduntur.*[c] *Verum samsucum utroq; modo emigrat. uidelicet & semine, & auulsione, præstat seminis copia, & iucundi odoris semen est, & quidem mollioris odoris, necnon & planta eius transferri potest: flos æstiuus est. Verum ad unguentum ido-*
d. c.6.22. *neum Samsucum est.*[d] *& odor maxime durat.*

e. h.1.9. f. h.1.13. idem c.5.4. [e] *Sambucum nonnulli medulla carere asseuerant.*[f] *sed nodos paucos naturæ ordine habet: cortex leuis est, &*
g. h.3.6. *concauo, & laxo corpore surgit.*[g] *mature uero sambu-*
h. h.3.13 *cus germinat.*[h] *& iuxta aquam potissimum, locisq; umbrosis emicat: Cæterum & in minas eiusmodi solo nasci non recusat: est fruticosa uirgis, quæ anniculæ donec folia decidant, in longitudinem crescunt, tum in crassitudinem se distendunt; uirgis excelsio non nimis magna, sed sena maxime cubita; Caudici crassitudo modo galeæ, cortex leuis, tenuis, spissus, materies fungosa, & siccata, leuis, medulla præmolli constans, ut uirgæ totæ concauentur. Quamobrem ex his baculos faciunt præleues; siccata ualida est, inoffensa aquis etiam disquamata si sit; disquamatur sua sponte, cum exaruerit. Radices per summa cespitum non multas, nec grandes agit. folium, quod particulatim exeat, molle, atq; oblongum, sicut lauro latifoliæ, uerum maius,*

latius,

latius, rotundiusq; de medio subtusq; : extremo in acutum comprensius, ambitu serratum, totum autem circa unum pediculum, crassum, neruosumq; tanquam ramulus constat : & foliorum alia hinc, alia inde geniculatim, coniugatimq; adhaeret, ac inter sese spatio distãt, unumq; exit in cacumen : subrussa admodum folia fungosaq; sunt, defluit id totum simul, & hinc unum foliũ totum esse putaueris. Rami quoq; nouelli quaedam ad geniculorum speciem habent; flos candidus è minutis permultis candidis constans; specie faui super fissuras pediculi. redolet lirium, grauiter enim : fructum uerum non secus singulo pediculo crasso annexum racematum profert : hic maturescens nigrescit, immaturus Omphaceus; magnitudine eruo paulo maior, humore: aspectu uinaceus, & interna uisu Sesamacea continet. [a] *Verum quae in aquis uita breuiores, quam quae in terra sunt, ut Sambucus, populus, & salix.* [b] *Quae omnes non solum auulsione, uerum etiam summis ramulis pullulare facile queunt.* a. h.4.14 b. c.1.1.

[c] *Sari dulcedine, copiaq; alimonia cibo idonea est, in aqua prouenit, circa paludes, planeq; ubi amnis recesserit : habet radicem praeduram, flexuosamq;, ex qua, quae saria uocant, exeunt : His longitudo duum cubitorum : Crassitudo pollicaris, triangulum id quoq; papiri modo, & comam similem gerit: qui manducant, eius quoq; manducamentum expuunt, radice fabri ferrarij* c. h.4.9.

rarij utuntur, carbonem enim optimum facit propter ligni duritiam.

a. c.6. *[a] Sapores sunt septem, sicut & odorum, & colorum, hoc tamen ita erit, si salsum non alium quam amarum posueris, quemadmodum & si fuscum colorem nõ alium quàm nigrum. At si secernes, octauum hunc esse necesse sit. Quippe dulcis, pinguis, amarus, austerus, acris, acutus, acerbusq; enumerantur, salsusq; octauus subiungitur. Sunt qui uinosum quoq; adijciendum putarunt. Sed abunde uide γ i. Librum Theophr. de caussis, qui ferè totus de saporibus.*

b. h.1.19 *[b] Satureiæ succus acris est, ut Origani, nasturtij, & Sinipis. [c] & plura sunt eius genera [d] semen fœcundum, atq; etiam magis Origani manifesto sentitur. & in Arcadia minimè prouenire possunt. nam quo flatus è mari nequeant peruenire, illic nasci, durareq; posse omnino negant. sicut etiam Thymum Athenis [e] Verum satureia ex semine uetere celerius exit, ut apium, beta, nasturtium, coriannum, & origanum. [f] syluestris urbanæ aspectu uicina est, nisi, quòd folijs minoribus, caulibusq; scabrioribus constat, & succo potissimum acriori, uehementiorique conditur: ut etiam origanum, braßica, & Ruta. [g] Verum cultura deterior redditur. [h] & difficilè germinat propter caliditatem.*

c. h.6.1.
d. h.6.2.
e. h.7.1.
f. h.7.6.
g. c.3.1.
h. c.4 3.

i. h.7.8. *[i] Scandix annicaulis constat, ut malua, Cucumis syluestris*

Syluestris, & solaris.

[a] *Scamonia radice, & succo medentur.* [b] *(addit fru ctum.* [c] *succum tantum dicit usui esse.)* a. h.4.6. idem.9.1. b. h.9.10.

[d] *Scythica radix dulcis est, & quidem nonnulli dul cem eam appellant: nascitur apud Meotim: utilis anhelitus, & ad tussim siccam, atq; in totum toracis laborantibus medicamento commoda redditur. adhæc me deri ulceribus potest in melle, sitim quoquè extinguit, si teneatur in ore, qua de causa tum ea, tum equestri uocata, Scytas undecim, & duodecim dies sitim tolerare affirmant.* c. h.9.22. d. h.9.13.

[e] *Scissima radices paucas habet, & per summa terræ.* [f] *Verum nullas penitus differentias habet, sed ferè æquiparatur abieti. Simplex genere est, erecta, le uis, e nodis crassitudine, altitudineq; æqualis fermè abieti. Quin & cætera non absimilis est, lignum co loratum robustum, neruatumq;, cortex leuis, folium crassum, bifidum oblongius, quàm piro, extremo aculeatum; radices nec multæ, nec alto descendentes: fructus leuis, glandeus in calice echinata, placida tamen, & leui, non hispida, ut castaneæ, similis tamen illi dulcedine, atq; succo. nascitur etiam montibus candida materie, quæ ad multa perutilis, etenim ad carpenta, lectos, subsellia, mensas, nauigiaq;.* [g] *(& ad palustro rum, uectabulorumquè uilem fabricam) Campestris ni gra, & ad hæc minus utilis, fructum tamen similem fe* e. h.3.7. f. h.3.10. g. h.5.8.

 runt.

a. h.3.11 *runt.* [a] *sed ad summam arbores ferè omnes, quæ tam montibus quam planis eædem proueniunt, monte colo ratæ ualde, candidæquè assurgunt, ut scissima, ulmus, & reliquæ, plano autem rariores corpore, pallidiores, deterioresq́, præter quam pirus, & fraxi-*
b. h.5.1. *nus, ut Olympi incolæ uolunt.* [b] *sciditur uerò scissima*
c. h.5.9. *autumno, ut tilia, acer, & caprinus.* [c] *Latinus ager scissimam mirabilem habet, tanta enim longitudine cæditur, ut pro carina Etruscis nauibus possit sufficere.*
d. h.5.5. [d] *Verum fagus, siue scissima in aqua permanere posse incorrupta uidetur, madefactaq́ melior reddi.*
e. h.1.7. [e] *Scylla & si terrestris est, tamen mari nonnunquã*
f. h.1.10. *uiuit.* [f] *radix tunicis multiplicibus, corticosaq́ porrigi*
g. h.1.16 *tur. ueluti bulbus & cæpa.* [g] *folia pediculo carent.* [h] *et*
h. h.7.13 *lata sunt.* [i] *uerum ficus si iuxta scyllam seratur, ocius*
i. h.2.7.
Idem c.5 7. *crescit, minusquè à uermibus infestatur. Summatim omne scyllæ appositum facilius germinat, celeriusq́ au*
k. h.7.2. *gesit.* [k] *nascitur uerò radice, & diuturnior est, sicut omnia capitata.* [l] *quæ omnia radice uiuacia maiorem*
l. h.7.12 *in modum sentiuntur, sed præcipuè scyllæ, ut pote quæ suspensa uiuere possit, & quidem plurimum temporis.*
m. h.7.4. [m] *Verum ab radice aliud, atq; aliud obducit, & plura*
n. h.7.11 *indies fiunt.* [n] *Et non tantum bulborum radices uescẽdæ, atq; eiusmodi, uerum etiam astulæ regiæ, atq; scyllæ, non tamen omni, sed Epimenidæ uocatæ, quæ ab usu nuncupationem sortita est. hæc angustiori folio, le*

uiorią;

uioriq; quàm reliquæ constat. [a] germinatio uerò prior Scyllæ, posterior Narcissi, & folium is largè emittit, & radix ipsa parua nequaquam est, quamquam non magna figura, non absimilis bulbo, uerum non squamata. [b] Verum alij scylla subdita lutum super imponunt & testam adijciunt. scylla enim plantam uiridem seruat lutum Scyllam, testa lutum tuetur. [c] suspensa autem germen emittit. [d] & ad summam scylla, bulbus deniq; omia capitata contra partem superiorem, tenuẽ, imbecillemq;, radices amplas, carnosasq; gerunt. prorsus in quibus acredo inest, uel aliqua eiusmodi uis, radicibus potius inest, ut cæpæ, allio, scyllæ: quod ratione optima euenit, cum natura eo potius tendat, uires.n.naturã sectari necesse est, quod in uenenis maxima ferè parte uidemus: Quippe radices uenenosiores, potẽtioresq; sunt. Causam duo illa, quæ superius diximus, habẽt, idest, quòd neq; præhumida, neq; præarida sint.

a. h.7.12
b. c.3.62
c. c.5.4.
d. c.6.18.

[e] Scolopendria iuxta dracunculum maximè reperitur. Vide Dracunculum. e. h.7.11.

[f] Securina securi similis in aphacis nascitur. f. h.8.10

[g] Selago amara est, atquè uniuersa genera intuborum. g. c.2.7.

[h] Semen atq; Tipha mutari in triticum solent, si pista serantur: idq; non protinus, sed anno tertio, quod similiter ferè fit, atquè cum semina ratione locorũ permutantur: nam ea quoq; singulis in locis temporis spa- h. h.2.5.

a. b.8.1. tio ferè pari, atq; Tipha mutantur.[a] maturè uerò se-
b. c.4.6. runtur, sicut omnia tritico similia.[b] Verum Zea id-
est semen ualida est, & difficile immutatur, ut triticum
unica hac ratione soluentur. Quoniam enim ualidissi-
ma sint, radiceq; numerosa cohæreant, idcirco resiste
re firmius possunt, cæteraq; infirma sint, penitus pe-
reunt. Item tempus, quo ista seruntur, magis pluuium
est, plusq; tempus in terra tenentur; Cætera ad Ver,
& cœlo iam indulgente sparguntur, & germinare con-
festim incipiunt: Quamobrem neutrum ex corruptio-
ne illorum, si quando corrumpuntur, consistere potest:
enimuero posse transire in lolium arbitrari absurdum
omnino est, semper enim ad proximum, & quod con-
genere quodammodo sit, mutatio prouenit. Vtrunq;
uerò negatum his esse, imbecillitati tribui debet, cum
omnino intereant: sed potius illa transire in lolium pos-
sunt, quæ speciem tritico, ordeoq; similem gerunt: Ex
his tamen alia ob imbecillitatem tolerare nihil penitus
queunt, ut tipha: alia in proximum potius transeunt,
ceu semen in auenam, triticum uerò in tipham, aut se-
men nunquam mutatur, quia plurimum illud, ac uali-
dissimum alimentum, cuius causa mutatio sequitur, non
effæminet, nec ad robustius ducat, & omnino genere
c. c.4.7. pristino expoliet.[c] inoffensum uerò permanet, quia tu-
d. c.5.7. nica multiplici tegitur.[d] uerum si parte aliqua detraha-
tur principio generationem minus impediet, sed si exem

pta

pta ſepius ſit, & ueluti penitus semen diſpolietur, atquè affici opportunius relinquatur, tum in qualitate mutatur, nec eandem multitudinem paleæ retinet

[a] Semen ſemper prouenit generationis cauſa, atq; ad id officium natum penitus eſt, quod uel cæteris quoq; omnibus haud dubie intelligi licet, ſed quod in pleriſq; agricolæ ſemine uti non conſueuerint, quia ſcilicet ſponte celerius prodeunt, adoleſcuntq;, uel quia non facile in quibusdam tam arboribus, quàm herbis ſemen accipi poſsit. Idcirco nonnulli ſemine creari omnia poſſe negarunt: quanq; id in ficis (ut inter hiſtorias dictum eſt) latiſsime pateat, ſed fit certè illorum germinatio aliter, niſi quid ex his, quæ ſponte proueniunt alimenti confluuio, aut putredine, uel potius immutatione naturali creatum extiterit. Conſtat igitur generationem, quæ ſemine agatur, plantarum omnium eſſe communẽ. Sin autem pleraq; non deſinit, quæ modo utroq; uidelicet et ſemine, & ſponte ualeant procreari, abſurdum id haudquaquam putari oportet, uerum quæ ſicca, ſimplicia, minusq; plantigera extant, hæc (ut ita loquar) nullum ſerendi genus admittũt, neq; auulſionis, neq; rami uerò & ſurculi, quia ſint ſicciſsima: ſemper enim quod germinaturum eſt, aliquem humorem habere ingenitum, eundemq; ſeruare poſſe oportet, quod quidem à natura ſiccis negatum penitus eſt. hæc enim ubi dempta ex arbore ſint, quam primum diſflantur, euaporanturq; a. c. 1. 1.

turq; ſimul omnem calorem ſibi innatum. hæc ob eiuſmo di cauſas nequeunt germinare cætera nimirum queunt: ut pote quæ media quadam temperie caloris, humoriſq; conſtent, ualeantq; humorem, caloremq; ſibi inſitum

a. c.2.1. diutius conſeruare. [a] uerum ſemina imbres quoq; æſtiuos, qui paulatim, crebroq; accedant, magis requirunt, quia infirma ſunt, per ſummamq; telluris adhærent.

b. c.2.17. [b] quo minora uerò ſemina ſunt, eo fertiliora ſunt, & ma

c. c.4.3. ximè fructificant. [c] uerum ſi conſeruari debent, maximè abeſſe ab humidis oportet.

d. h.1.16. [d] Semperuiuum folia carnoſa habet. [e] & hoc à natu

e. h.7.14. ra ei datum eſt, ut ſemper humidum, uirideq; durare ualeat folio carnoſo, leui, atq; oblongo id conſtat: pla nis parietinis naſcitur, necnon & in tegulas, cum terræ confluuium quoddam arenaceum factum eſt.

f. h.7.7. [f] Senecio inter olera numeratur, & intubacea con

g. h.7.8. ſtat. [g] diutius uerò floret [h] quapropter ſi animaduerte

h. h.7.10 re uolueris, aſsiduam penè per totum annum germinationem, floris productionem uidebis. Semper enim al-

i. c.1.27. terum alteri ſuccedens tempora omnia occupat. [i] Verum hac de cauſa diutius floret, quòd mediocritatem quandam alimenti obtineat.

k. h.4.4. [k] Serpentes, & lacertæ, & ſimilia, quod ſine potu

l. c.4.10. uiuere poſſunt, nulli dubium eſt. [l] Verum ſerpentes ictu Scorpionum intereunt, quo nihil homines patiuntur.

[a] *Serpillum fructu omnino carere asseuerant, sicut Sisymbrium, & menta, saepè enim haec exiccata, tritaq; seruisse se inquiunt, sed nunquam germen erupisse, & periculum huius fecisse affirmant, attamen illud uerius est; neq; desunt, qui uel haec experti fuerunt, & natura ipsa syluestrium planè attestari uidetur: serpilli etenim syluestre etiam genus est quod deferentes ex mõtibus serunt, ut apud sycionem fieri solet, atq; etiam Athenis ex monte Hymeto: apud alios uerò, ut in Thracia montes, et plana omnia serpyllo scatent.[b] auulsione uerò germinat, sicut abrotanum, & sisymbrium: haec enim radices è germinibus suis quam primũ dimittunt, non secus ac edera.[c] & semper quaerit aliquid, cui incũbat.[d] nisi uerò purgetur, obarescit, sicut sisymbriũ, & caetera.[e] flores eorum, quae tota sunt odorata, nulli (ut ita loquar) odorati creantur, ceu serpylli, sisymbrij, & helenij. atqui ratio exigit, ut quod in caeteris quamquam inodoratis odoratissimum est, idem etiam in odoratis sit odoratissimum.[f] Verum (ut summatim agamus) odor & foliorum, & ramorum, & in totum arborum, atquè plantarum in eisdem generibus est, in quibus aliquid acredinis, aut pinquedinis inest. ut exempli gratia in serpyllo, sisymbrio, & alijs.[g] acredo uerò, atq; eorum sinceritas tedio admodum est.[h] propter siccitatem.[i] ocimum autem, quod loco soli expositum sit, transit in serpyllum, quia uehementer siccatur.*

a. h. 6. 7.
b. c. 1. 4.
c. c. 2. 25.
d. c. 3. 24.
e. c. 6. 15.
f. c. 6. 22.
g. c. 6. 23. 24.
h. c. 6. 29.
i. c. 5. 8.

a. c.6.22. [a] *Sertula campana plenius olet siccata, ut iris.* [b] *&*
b. c.6.23 *plus temporis odorata durat.*
c. h.1.18 [c] *Sesamum semen modo quodam peculiari producit.*
d. h.8.1. [d] *& æstiuis seritur, & genoratio simplex, & una est,*
quippe semine tantum exit, ut panicum, milium. [e] *quæ*
e. h.8.3. *spacio quadraginta dierum perficiunt fructum, non de*
sunt tamen, qui uel pauciores dies prodiderint, uerum
f. h.8.5. *fertilissimum est, ueluti milium.* [f] *datur uerò & sesa-*
g. h.8.6. *mæ genus quoddam candidum.* [g] *& cum imbres post*
sationem omnibus prosint, tamen fabæ, sesamæ, cumi
h. h.8.10: *no, & triono maximè nocent.* [h] *omnium autem, quæ*
æstiuis seminibus ager recipit, sesama terræ molestissi
ma esse, plurimumq; posse extenuare putatur, ut pote
quæ multipliciori, crassioriq; calamo, & numerosio-
i. h.8.3. *re constet radice, quàm milium.* [i] *culmus ferulaceus*
k. c.4.2. *est* [k] *durant autem sesamæ maximè, quia pinguia sunt*
l. c.4.16. [l] *& hac de causa optimè reponuntur.* [m] *Verum non-*
m. c.4.17 *nunquam sponte suæ naturæ traduntur, sesama, milium,*
panicum, auena, lolium, cicer omnino quæ acerbi sa-
n. c.6.20 *poris sunt.* [n] *sed ad summam sesama, & Erysimũ à nul*
lo animali uiridia tangi uidentur propter amaritudinẽ,
& grauitatem saporis, sed siccata acceptiora euadunt,
fructusq; eorum suaues efficiuntur.
o. h.3.12 [o] *Satanea mespili species est uide Mespilium.*
p. h.7.4. [p] *Satanica cæpe species est. Vide Cæpam.*
q. h.4.11. [q] *Sida in lacu Orchomenio nascitur, & specie pa-*

paueri

pauerí ſimilis eſt : tale enim caput gerit, niſi quod am plius, ad portionem magnitudine mali tota amplitudo, nec nudum, ſed candidis membranis intectum : hisquê forinſecus folia herbeſcentia proxima roſis adhuc in calice contentis, quaterna ſe applicant. apertum grana rubra oſtendit, figura non modo papaueris, ſed or biculata exigua, nec multo milio maiora. Saporem dilu tum quendam, ut triticum, reddit: craſſatur æſtate, pe diculo paruo annectitur: flos calici roſæ ſimilis, ſed ma ior, & fere duplex magnitudine. Hunc itaq; & folium ſuper undas emicare affirmant; mox cum deflo ruerit, fructusq; compilatus ſit, magis in aquam declinari, demum terram attingere, fructumq; fundere. Ci bo uerò idonea ex naſcentibus lacu, ſida & ipſa, & folia ouibus, germen ſuibus, fructus hominibus.

[a] Silago ab radice tantum foliata eſt, ſicut nigella, anchuſa, fremium, & aliæ. a. h. 7. 9.

[b] Siligo mature ſeritur, ut ſemen, & tipha, & ſi quid aliud tritico ſimile conſiſtat. [c] uerum multiplici folliculo includitur. [d] & culmis mollioribus, atq; infirmioribus conſtat. b. h. 8. 1. c. h. 8. 4. d. h. 8 9.

[e] Siliqua, quam ficum Aegiptiam appellant, & Cercis, & colætia circa Liparam ſemina nuda in ſiliquis annua gerit. [f] & ex grandibus ramis fructificat. e. h. 1. 18. f.

[g] Siliqua nomine appellata ſpeciali, ſi ligna longa affixeris, aſcendet, & frugifera fiet; alioqui uitioſa, g. h. 8. 3.

a. h.8.10. b. c.2.25. atq; eruginosa reddetur.[a] celeriter uero perit.[b] & arbores scandit, & offensat, perstringendo, & obumbrando pabulum aufert, cætera prohibendo, sicut etiã lupinum, & uolucrum.

c. h.1.19. d. h.7.1. e. h.7.3. f. h.7.6. [c] Sinapis succus acris est.[d] & post æstiuum solstitium seritur.[e] semen in siliqua profert sinapi, ut radix, & rapum.[f] & ad perdurandum firmius est.

g. h.8.6. [g] Sicilia fertilis frumenti est. Vide Triticum.

h. c.1.21. [h] Smylax nudum affert fructum, & sero maturat.

i. h.6.1. k. h.6.6. l. h.6.6. m. h.6.7. n. h.2.5. Idẽ c.2.21. o. h.2.1. p. c.1.4. q. c.2.22. Idem c.4.6. c.5.8. [i] Sisymbrium surculosum, minutisq; conditum folijs constat. frutexq; proinde redditur.[k] rami, folia, & in totum uniuersum odoratum sentitur, sicut serpillum, & belenium.[l] quæ simplici specie constant, & lignosa sunt.[m] fructu omni carere affirmant, odor acris, degenerat uero facilè, nisi transferatur.[n] & in mentam transit.[o] germinat auulsione.[p] & radices à germinibus suis quam primum dimittit.[q] Verum si transit in mentam, odorem tantummodo mente recipit proprio amisso, quia cultura caruerit, speciem uero non recipit, sed quasi nepitæ redditur simile. Omnia nanq; in simile sibi quicquam mutantur, non in remotum penitus transeunt. cultus autem, & translatio naturam propriam retinet, atq; seruat. Argumentum quod & agreste sisymbrium talem reddit odorem. Etenim illud quoq; naturæ aduersum est, mentam radice alta firmari, sisymbrium per summa Cesp itum cohærere, nec

tam

tam numerosam radicem sortiri. quamobrem in his quidem mutationem potius imaginariam quandam fieri dixerim, & urbanum quasi in agreste transire. nec absurdè sic agi, quandoquidem loca etiam ipsa immutantur. [a] *purgatio in coronarijs pariter, atq; in oleribus commoda est. quippe Sisymbrium obarescit, nisi purgetur, & serpillum, & cætera.* [b] *Verum serpilli flores, & sisymbrij minimè sunt odorati, quoniam quæ tota odorata sunt, eorum flores minimè odorati creantur.* [c] *olent uerò hæc quoniam in his siccitas, & acritas, uel acerbitas innotescit.* a. c.3.14. b. c.6.15. c. c.6.22.

[d] *Sisyrinchium quodammodo redigi ad bulborum genus desiderat, quòd radice orbiculetur, nam colore quidem penitus discrepat. Hoc uerò Sisyrinchio peculiare datum, ut una radix primo augeatur hyeme, tum ineunte uere, quod in imo excreuerit, contrahatur, supernumq; crescat, quod manditur.* [e] *radix dulcis est, quia neq; sicca nimium, neq; humida est. sapor enim neq; in siccitate, neq; in humiditate nimia considere potest.* d. h.7.13 e. c.6.16.

[f] *Smereæ plura sunt genera, ut Origani, Satureiæ, & aliarum.* f. c.6.1.

[g] *Smilax ex syluestribus perpetuo uiret.* [h] *& folia cum extremo, tum lateribus sinuata concidunt.* [i] *uerum Smilax idest hedera cilicia amplexi caulis ipsa quoq; assurgit, fructus aculeatus, & uelut præhorridus; folium hederæ, paruum sine angulo iuxtà pediculi retina-* g. h.1.15 h. i. h.3.18.

 culum

culum humectum: peculiare, quod medium illum callum, qui instar spinæ animantium secat, prætenuem habet, & interualla staminea, non ex eo porrecta, ut cætera, sed circa eum in orbem circum acta, ab annexu pediculi ducit, ad caulem uerò foliorum internodia consumantem: illum ab eisdem pediculis, atq; folia tenuis, seq; conuoluens dependet. flos candidus, suauiter olēs, uerno proueniens tempore fructus proximus herbæ solano, atq; melothro, & maximè uuæ Lambruscæ uocitatæ. Racemi pensiles ut hederæ sunt; uerum ad lambruscam potius accedunt: nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt, colore fructus rutilus est, nucleos in uniuersum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, & paruulus uinum nucleus durus admodum est, & colore fornisecus niger, peculiare racemis, quod per latera caulium sepiunt, postremoq; caulis, racemus omnium maximus perpendet sicut in Rhamno, & rubo: unde fit, ut extremo fructifera, latere largè fructifera ista spectetur. Verum ad summam semper quærit cui incūbat, sicut hedera, cucumis, & alia.

a. h. 3. 16 [a] *Smilax arbor est, quam Archades sic uocant Ilici similem, folio tamen non aculeato, Sed molliori profundiori, differentiisq; pluribus distinguendum, nec materiæ, ut illa, solida, spissaq;, sed soluta, molliquè in opere.*

b. h. 7. 3. 7. 9.
c. h. 7. 14

[b] *Solaris herba sic uocitata diutius floret.* [c] *& maximè*

xime in solstitio.[a] *& annicaulis constat, ut scandix, & malua.*[b] *Verum solaris perpetuo uiret, ut polium, atq; capillus Veneris.* a. h.7.8. b. h.7.10.

[c] *Soncus spinosa est.*[d] *& utrinq; foliata est.* c. h.6.4. d. h.7.9.

[e] *Solum quod mediam obtinet confusionem contrariorum idest soluti, & spissi, sicci, & humidi, leuis, & ponderosi, atq; etiam superiora modice inferioribus respondentia, in his ipsis sortitur: hoc omnium optimum omnibus fermè arboribus, atq; frugibus est.* e. c.2.6.

[f] *Sorbum quidam sterilescere uolunt, si ad loca feruentia uenit: hæc enim sua natura frigida quærit.*[g] *& odoratior est.*[h] *uerum syluestris maturior urbana est.* [i] *radix per summa cespitum, sed ualida, crassa, moriq; contumax, multiplex tamen modice, hæc alta radice descendere, superficieq; gaudere notatur.*[k] *uerum sorborum duo genera dicunt, fœminam fructiferam, & masculam sterilem. Cæterum fructibus differunt, quòd aliæ orbiculatum, aliæ ouatum ferant, distant & succis, nam omni quasi ex parte odoratiores, dulcioresq; orbiculati sentiuntur: ouati sæpe numero acidi, minusq; odorati: folium ambabus totum prolixo, neruaceoq; pediculo constans. singula uerò in uersum condita, modo alæ lateribus exeunt, tanquam ex omnibus unum exultet, ad neruum usq; laciniatum, uerum inter se amplius culo singula distant, decidunt non paulatim, sed simul tota illa alata facies. Sunt in uetustioribus, bre* f. h.2.33 g. c.6.24. h. h.3.3. i. h.3.8. k h.3.12.

uioribusq;

uioribusq; pauciora. Omnibus in postremo pediculi folium impar prominet, ut etiam cũcta numero impari absoluant. figura laurum tenuifolium imitantur; uerum ambitu serrata, breuioraq; sunt, nec in extremum acutum mucronata, sed in rotundius orbiculata, flos racematim singulari peciolo è multis minutis, & candidis constans. fructus quoq; cum largè fructificatur, racemi modo aceruatus producitur. quippe multo eidem cohærent peciolo, ita ut faui quodammodo speciem gerat. Eroditur à uermibus super arborem, crudus adhuc, magisq; mespila, piraq;, quamuis hic maximè omnium sit acerbus, ipsa quoq; arbor uermibus obnoxia est. atq; ita senescens exarescit. Et uermis eius peculiaris. ruffus, pilosus. Noua admodum fructificat; etenim trima continuo parit. Autumno cum folium amiserit, protinus amentaceum gerit peciolum, pinguem, ac turgidum, quasi iam parturiat: germina itaq; hyeme perdurant, aculeis tam sorbus, quàm mespilus caret. cortice leui, pinguiusculo: colore ad flauum albicante, nouæ uestiuntur. annosæ autem scabro, nigroq; præstat hæc arbos magnitudine, rectitudineq;: coma concinna ornatur, quippe magna fermè ex parte nucis pineæ figuram suo uertice capit, nisi aliquid impediat; Materies solida, spissa, colorata, ualida radices haud multas, nec altè descendentes, ualidas tamen, & crassas, & incorruptibiles agit, nascitur radice, auulsione

ne, semine, solum gelidum, atque contumacior, tamen montibus etiam nascitur.[a] *resistere uerò maximè potest propter acerbitatem, & arbore decerptum matu rescere potest, & si non eadem maturitate, quam arbore, tamen ita aliquid dulcedinis capit, ciboque ido neum redditur.*[b] *Verum dulcius quidem redditur, sed minus odoratum, uires enim sicci, boniquè odoris deficiunt.* a. c.2.10. b. c.311.

Sphacelus, uide Saluiam.

[c]*Spina candida spinosa est, sed non aculeatis folijs constat.* c. h.6.4. [d] *In regione autem Aria dicta spina est, ex qua lachryma gignitur, illyriæ similis tam uisu, quam ol fatu. Hæc ubi sol illuxerit, defluit. Quin & alia mul ta præter hæc nostratia, tum agris, tum amnibus pro ueniunt. Alijs locis spina candida nascitur, ramis ter nis, ex qua regulas, atq; baculos faciunt: succosa, humoris lactei, fungosaq; est. herculaceam hanc appellant. Est etiam aliud, stirpis humilis, magnitudine quidem, folio uerò tam magnitudine quàm forma lauro simili, id qui comederit, protinus moritur. Quo cir ca ubi equi adessent, nunquam eos è manibus laxabant. Cædrosiæ prouinciæ nasci quiddam folio laurino referunt, cuius quantulumcunq; iumenta comedissent, mox interibant: Similiter affecta, distentaq;, atq; illi, qui morbo comitiali uexantur; aliam autem esse spinam, fo lio nullo, radice singulari: aculeum potissimum quoq;* d. h.4.5.

in nodo gerentem, quo fracto, aut attrito succum lacteum multum effluere, qui cæteris omnibus animalibus cecitatem infert. Quibusdam item locis herbam quandam exire, sub qua serpentes minutos admodum connatos manere: quorum ictu moriendum protinus esset, cum herbam quisquam aggressus fuerit. Quin & á palmis incoctis strangulari qui comederit, idq; postea perspectum.

a. h. 6.4. *[a] Spina marilis folium iuxta aculeum gerit.*

b. h.4.11. *[b] Spina, quæ ceanothos appellatur germinat, quem admodum gladiolus, uerum huius radix non arundinosa, neq; geniculata est.*

c. h.5.1. *[c] Spina Indica nescio quid myrrhæ simile gignit.*

d. h. 9.1. *[d] Spina Aegiptia gummam fert, uerum non ex cor*

e. c.6.17. *tice, sed ex uase. [e] Verum insipida gumma est, & in olida.*

f. h.9.1. *[f] Spina hyrci lachrymam producit.*

g. h.4.8. *[g] Spina dipsas uocata sola in Arabia nascitur, & hæc rara propter feruores, & aquæ penuriam quippe non nisi quarto, quintoue anno pluit, & tunc impetuose, & breui tempore.*

h. h.4.3. *[h] Spina ex eo nomen accepit, quòd tota arbos aculeis horret, excepto caudice, nam & super germina, foliaq; aculeos gerit, magnitudine excellit, materies quippe duodenorum cubitorum tectis idonea cæditur. eius duo genera sunt, quædam enim candida, quædam*

nigra:

nigra: & altera imbecillis, facileq; putrescens: nigra autem robustior, atq; incorrupta, ob id in nauium fabrica ad costas, uentrisq; compagines ea utuntur: erecta non ualde assurgit; fructus in siliqua modo leguminum, quo incolæ coria perficiunt, uice gallæ. flos & pulcher aspectu, ut coronas ex eo facerent, & medicamentis perutilis; qua de causa colligi à medicis solet. fit & gumma ex ea: manat tum arbore percussa, tum sponte sine ulla fixura; cum autem cæsa fuerit, anno tertio protinus resurgit. copia huius arboris largè habetur, & sylua ingens circa agrum thebanum est.

[a] *Spina regia aculeis constat, & radix in caput excrescit, ceu nepa, Tiphium, & lirium.* a. c.1.10.

[b] *Spodias ueluti syluestris prunus habetur.* b. h.3.7.

[c] *Spongia, quæ & Philisiæ uocantur, in mari reperiuntur.* c. h.4.7.

[d] *Stoeba idem est, quod phleus, nam Phleum stœbam nonnulli appellant.* d. h.6.1.

[e] *Stiba frutex est, & folia carnosa habet.* e. h.1.16.

[f] *Stelis pululare in terra nequit, & idem est quod uiscum (nam stelis Euboensium uocabulum est.) uide Viscum.* f. c.2.24.

[g] *Stirax ad unguenta utilis est.* g. h.9.7.

[h] *Suber corticem carnosum habet, ut robur, & populus, & etiam uiride leue est.* [i] *perpetuo uerò uiret, ex Syluestribus, sicut picea agrestis, & pinastrum,* h. h.1.8. i. h.3.4.

a. h.3.6. *& pinastrum, & aliæ.* [a] *uerum tardissime omnium germinat.* [b] *quædam uerò propria locis certis redduntur, ut suber arbor Pyrrheni familiaris, caudicosa, paruumq́ ramigera, admodum tamen procera, auctuq́ insignis: ligno robusta, cortice unice crasso, disrumpiq́ solito, quem admodum piceæ, uerum fragmentis grandioribus, folio fraxini, crasso, oblongiori, non perpetuo, sed deciduo. fructum glandosum assidue fert, aqui foliæ similem; detrahunt corticem, uniuersumq́ diuidendum censent. alioquin arborem deteriorem effici uolunt; rursum uerò intra triennium repletur.* [c] *& licet omnes aliæ detracto cortice moriantur, suber melior euadit.* [d] *uerum rigidum est, & ad simulachra eius materies incommoda est.*

b. h.3.16.

c. h.4.18.

d. h.5.4.

e. h.1.3. [e] *Surculus est, quod ex his indiuiduum, simplexq́ oritur, quale præcipue germen annotinum appareat, sed hæc potius arborum generi conueniunt.*

THedam, pinus producit. Vide pinum abunde.

[a] Thapsiæ radicis liquamentum ualidius est. [b] Verum Thapsiam uento auerso secare præcipiunt, corpore oleo peruncto, nam si aduerso corpus tumescere aiunt. [c] radicis uerò eiusdem partem unam superius, alteram inferius purgare profectò mirabilius est, sicut etiam roris marini. [d] est etiam & radix uomitoria; & si quis continuit tam superius, quàm inferius purgat, adhæc liuida tollere potest. Suppurationes tamē alias ex albidas facit. succus eius ualidior est, & quidem tam superius, quàm inferius purgat, nullus seminis usus, nascitur tum alibi, tum in terra Attica, in qua pecudes incolæ eam non gaugunt, peregrinæ uerò depascunt, & aut aluus soluitur, aut intereunt. | a. h.9.8. b. h.9.9. c. h.9.10. d. h.9.12.

[e] Taxus in montibus propriè nascitur, & perpetuo uiret ex syluestribus. [f] fructus serotinus est, & cunctis animalibus ingustabilis gignitur, uerum paulo ante solstitium floret. [g] facillimè uerò augetur. [h] & genere simplex, procera, auctu insignis, similisq; abieti, nisi quòd nō pariter excelsa, magisq; alis sinuata est. folio quoq; abieti similis, sed pinguior, molliorique ligno; quæ in Arcadia nascitur, nigro, aut puniceo constat: quæ autem in Ida, flauo, & cedro simile, propter | e. h.3.4. f. h.3.6. g. h.3.17. h. h.3.10.

quod uendentes fraudare dicuntur, tanquam cedrum uenundent, totum enim cor esse cortice detracto: corticem similem cedro habere, tum scabricie, tum colore, radices breues, graciles, per summaq; cespitum, rara hæc circa Idam. At in Macedonia, Archadiaq; uel fructum abunde proferre, rotundum, faba paulo maiorem, colore ruffum, tactu mollem aiunt: Quod si iumenta folia comederint, emoriuntur: Si ruminantia nihil patiuntur: fructus & ab aliquibus hominibus manditur, suauisq; est, atq; innoxius.

a. h.4.1. *[a] uerum uehementer umbrosis taxus gaudet, sicut padus, & traupalus.*

b. h.5.5. *[b] & natura perpetua est, durat enim maximopere.*

c. h.9.19. *[c] Thelipbonum, quod alij Scorpionem appellant, quia radicem scorpioni similem habet, admotum scorpionem occidere tradunt, & eum reuiuiscere posse, si Elleboro candido linatur. Enecat idem, & boues, & oues, & iumenta, & ad summam omnes quadrupedes. Eodem die si genitalibus folium, uel radicula imponatur, proficit potum contra Scorpionum ictus. Habet folium tuberis terræ, radicem (ut dictum est) similem Scorpioni; nascitur graminis modo, & geniculis constat: loca amat umbrosa, quod si uera sint, quæ de scorpione narrantur, iam & reliqua eiusmodi haudquaquam incredibilia dici debeant: nec fabulose, quæ attribuntur plantarũ uiribus brute componi uideantur.*

Tetralis

[a] *Tetralis à quibusdam uocata æstate floret, ut cardus & pinea.* a. h. 6. 3

[b] *Traupalus. inter sylueſtria radicibus multis constat.* [c] *& umbroſis locis uehementer gaudet, ueluti taxus.* b. h. 3. 7. c. h. 4. 1.

[d] *Theſei radix guſtu amara eſt, tuſa aluum purgat.* d. h. 7. 11

[e] *Teſticulus. Humani uerò corporis ultra illa, quæ ſanitatem, morbos, mortemq́ ſpectent, alia quoq; herbas afferre ſuis uiribus poſſe affirmant, ut puta generandi ſeminis facultatem, atq; ſterilitatem, & quasdam ex eodem facere utrunq; ualere, ſicut qui teſticulus appellatus eſt: cum enim gemini ſint alter magnus, alter autem paruus; magnum efficacem ad coitum datum è lacte caprino tradunt, minorem uerò obeſſe, ac inhibere: habet folium Laſeris, uerum leuius, atquè minus, Caulem ſimillimum ſpinæ, quam pirum uocãt, mirum ergo (ut dictum eſt) ab una, eademquè natura diuerſitatem tantum uirium proficiſci: nam uim eiusmodi eſſe duplicem abſurdum putari minime debet. tum enim alij quidam, tum Ariſtophilus pharmacopola plantaicus uires quaſdam compertas ſe habere dicebat, partim ut quis magis coire ualeat, partim ut nihil penitus ualeat, id quoq; prorogare plus, minusuè temporis poſſe, ceu bimenſe, aut trimenſe, qua quidem herba uel ad temperandos, caſtigandosq́ adoleſcentes aliquando uti aiebant.* e. h. 9. 19.

Tilia

a. h.3.8. [a] Tilia cortice tenui constat, ut Laurus, & flexibi-
b. h.1.15. lis est. [b] uiret perpetuo. [c] & non nisi in montibus nasci-
c. h.3.4. d. h.3.6. tur. [d] uerum paulo ante aequinoctium germinat, & fru-
ctum ingustabilem cunctis animalibus gignit, sicut etiã
e. c.6.18. buxus. ([e] addit) frondem dulcem, & gustabilem. [f] ha-
f. h.3.7. bet uero & quod amentum uocat, sicut abies, casta-
g. h.3.13. nea, & picea, ut nux auellana. [g] corticis leuitate, co-
lore, crassitudineque, haec cerasosimilis est, qua pro-
pterea cumas ex eo conficiunt, sicut etiam e corticibus ce-
h. h.4.6. Idem c.2.4. rasi. [h] uerum Septentrionem uersus nihil affatu dignũ
narratur, praeter communes has arbores, quae & loca
frigida amant, & apud nos quoque reperiuntur, ut pi-
nus, robur, abiens, buxus, castanea, Tilia, & reli-
i. h.4.9. quae similes. [i] at Tilia aquis gaudet, & usque adeo, ut
radicis, & caudicis tantum aliquid in aqua, reliquum
k. h.4.18. Idẽ c.5.23. totum corpus extra patescit. [k] cortex Tiliae detrahitur
l. h.5.1. non aliter ac cerasi, & uitis, ex quo funes fiunt. [l] Cae-
ditur uero aliquando post messem, aliquando post uin-
m. h.5.4. demiam, & arcturum. [m] Est autem Tilia inter cam-
Idem fere h. 5.6. nosas praecipue mollis, necnon & calidissima eadem es-
Idem c.1. ultimo. se uidetur, indicium, quod aciem ferri maxime hebetat,
n. h.5.7. tincturam enim ut sui caloris per laxat. [n] Verum ope-
o. h.5.8. ribus facilis pro sua mollitie, [o] & foris nauium longa-
rum, et arcarum, mensurarumque fabrica expetenda est.
p. h.3.10 [p] uerũ quaedam mas, quaedam foemina; distant inter
se, tum materie, tum totius corporis forma, & quod

 altera

altera fructifera, altera sterilis: nam materies mari du-
ra, flaua, nodosior, spinosiorque: foeminae candidior,
& cortex mari crassior, detractusque, inflexibilis pro-
pter duritiam est; foeminae candidior, flexibiliorque, ex
quo cistas faciunt. Item foeminae odoratior. & mas
sterilis, nulloque flore est, foemina & florem, & fru-
ctum gignit. flos calyculo inclusus praeter folij pedicu-
lum, amentumque futurum, pediculo altero annexus, ui-
ridis dum in calyculo est; detectus autem leuiter flauus,
floret cum urbanis, fructus oblongus, orbiculatus, ma-
gnitudine fabae, similis hederae acinis, quinis angulis,
ueluti neruis eminentibus, inque acutum cum sese con-
trahentibus partibus, quod scilicet masculus est, mi-
nus. insectus autem confusior constat cum ille masculus
scabitur, paruula quaedam, ac praetenuia semina,
quanta atriplicis exitum. folium & cortex dulcia, sua-
uiaque: folium forma hederaceum, nisi quod in angulum
acutiorem rotundatur, & quanquam iuxta pediculum
curuatius, tamen de medio in acutius coactum praeten-
dit, seque prolixius protrahit, crispum in orbem leuiter
atque serratum. Medullam exiguam materies conti-
net, nec multo reliquo molliore corpore, nam & reli-
quum ligni molle est. [a] Vertit uero folia aestiuis solsti- a. c.2.26.
tijs, sicut olea & ulmus, sed latius in Tilia patet: haec
enim ampliora, candidioraque folia gerit.

[b] *Tribulum in seminando factis segetibus, si subno-* b. h.3.2.

uentur

a. h.4.11. *uentur emergere aiunt.[a] nec omnibus locis Tribulus erumpit; ſed paluſtribus fluminum tantum: altitudine cum profundiſsima quinorum cubitorum, aut paulo profundiore, ut in Strymone fluuio, & merſus in aquam, pronus ad imum uergit, folio amplo ad effigiem ulmei, pediculo admodum longo caule parte ſumma quidem craſsiori, unde folia, fructusq; dependent; inferna autem graciliori, continuè uſq; ad radicem capillamenta quædam indidem exorta gerente, quæ maxima ex parte aduerſa inter ſe congruunt, nonnulla etiam diſcrepant, ſubtus ab radice ampla exeunt, ſuperiora aſsidue ad minus, minuſq; procedunt, ut poſtrema omnino exigua ſint, & differentia magna ab radice ad caulem exultet, pleraq; lateralia germina inſurgant, quippe terna, quaternaq; quorum maximum aſsidue, quod ab radice proprius abſit, tum quod poſt id ſequitur, et reliqua deinceps pro ratione: Germen ipſum, quod latere promitur, uelut caulis alter eſt, primo quidē gracilior, ſed folio, fructuq; ſimilis, fructus niger duruſque uehementer: radicem quantam, qualemq; habeat, quærendum. Talis natura Tribuli eſt. Naſcitur ſemine decidente, germenq; in uere ſuum emittit: radicem alij annuam, alij diuturniorem affirmant, & caulem ex ea oriri.[b] Verum iuxta folium aculeatum, altero quoq; folio conditur, conſtat uel ſemine aculeigerū, habet enim in ſemine aculeum[c] Tribulus inter ſpinoſas*

b. h. 6.1.4. idē h.6.5.

c. h.7.8.

herbas

herbas reponitur. [a] *Et hoc peculiare est. Verum eius duo sunt genera: Vnus enim folio ciceris exit, alter spinosus foliatus constat ambo terrent, atq; multifidi sunt, serius germinat, qui spinosis foliis est, & apud septa uillarum is solet erumpere: semen praecoquis, sesamae uicinum, serotini rotundum, nigricans. septum in Siliqua: atq; ea quidem, quae folio quasi orbantur, spinamquè gerunt, hisce ferè constare animaduertimus.* a. h.6.5

[b] *Tripolium, quod Hesiodo, & Musaeo authoribus ad omnem rem seriam, magniq; faciendam perutile praedicatur; quamobrem id noctu effodiunt tabernaculo structo, & ad famam, existimationemq; bonam non minus, quinimo magis ualere putatum est: Nec non & Anthirrizum appellatum utilem ad gloriam tradidere, hic lappae similis est, radice minima, & ferè nulla subnititur: fructum tanquam nares uituli parit, hoc perunctos gratiam, uitaeq; gloriam consequi creditur.* b. h.9.21

[c] *Terebinthus. in monte Olympo prouenit, & perpetuo uiret.* [d] *& montibus propriè nascitur.* [e] *semen reddit circa tritici messem, aut paulo serius.* [f] *Scissione nihil offenditur, sicut omnia, ex quibus resina colligi potest, ut abies, & terebinthus: harum enim uulneratio, ulceratioq; in profundo, quippe ex infecundis foecundae, & ex pauciferis multiferae redduntur.* [g] *Te* c. h.1.15. d. h.3.4. e h.3.6. f. h.4.19. g. h.3.15

rebinthorum alia mascula, alia fœmina, mascula sterilis est, ob id sexui maris adoptatur. Fœminarum alia fructum protinus ruffum promit magnitudine lentis, qui concoqui nequit. alia uiridem editum, ruffum postmodum tingit, & cum uite maturescentem nigrũ nouissimè facit, magnitudine fabæ resinosum, & sulfurosum. Circa Idam, & Macedoniam breuis, fruticosa, contortaq; nascitur, & apud Damascum Syriæ magna, copiosa, decoraq;: montem enim quendam terebinthis refertum, ut nihil aliud habeat, referunt. Materies ei lenta, radices ualidæ in profundo, atq; in totum incorrupta, hæc arbos habetur, flos oleæ, uerum colore ruffo, folia circa unum pediculum, pleraq; specie laurinorum coniugatim quemadmodum Sorbo; quodq; parte postrema acuminet, impar exit, uerum minus angulata, quàm sorbo, ambituq; laurino similiora, & pinguia cum uniuerso fructu: fert & ad nucis similitudinem quædam concaua, ut ulmus; quibus bestiolæ tanquam culices innascuntur. Fit in his resinosum quid, lentumquè, sed resina tamen non hinc legitur, sed à ligno fructus resinæ copiam non mittit, sed manibus tantum adhæret: & si non lauetur, postquam collectus est, inter se cohærescit: cum uerò lauatur, cã

a b. 5. 4. *didus, probeq; maturus niger subsidit.* [a] *uerum nigra admodum, spissaq; Therebinthus est, & quidem Syriæ uel Ebeno nigriorem ipsam esse affirmant, et capu-*

los

los quoq; pugionum ex ea fieri, & pocula tericlea tornari, quæ à fictilibus secerni non poßint, uerum cor tā tum accipi, & perungi materiem oportere uolunt. Sic enim, & meliorem, & nigriorem effici posse.[a] *est au tem Terebinthus non nisi fructu, resinaq; utilis.*[b] *uerum hoc mirabilius aliquādo terebinthum in olea uisum esse.*[c] *ferunt uerò & terebinthum haberi Indiæ, ut alij similem terebintho; cui folia, & rami, & reliqua omnia terebintho similia. Fructus autem diuersus: similis enim amygdalis; Nam & in Bactris Terebinthum hanc esse, ferreq; nuces amygdalarum magnitudi ne, quoniam non magnas, sed uisu similes, & suauitate amygdalis præstantiores; Et ideo loci illius homines his potius uti.*

a. h.5.8.
b. c.2.23.
c. h.4.5.

[d] *Trionum æstiuis seritur, ut milium, panicum, & Sesamum.*[e] *Caulis ferulaceus potius est, ut sesamæ, quæ folij constāt leguminum, & circa ipsum semen flosculum habent.*[f] *Imbrem post sationem uenire, omnibus prodest, exceptis, quæ offici potius apta sint, ut faba inter æstiua, sesama, & cumino, & triono.*[g] *Verum Trionum sesamæ simile constat, & pinguiusculum est.*

d. h.8.1. Idē c.4.16.
e. h.8.3.
f. h.8.6.
g. h.8.7.

[h] *Triticum radicem numerosam habet.*[i] *& semen in folliculo ex annuis fert, ueluti milium: habet enim membranam quandam, quam caro fructus obducit.*[k] *uerum quidam ex ordeo triticum, & ex tritico ordeum gigni,*

h. h.1.9.
i. h.1.18.
k. h.2.3.

eodemq; fundo id fieri aiunt; sed hæc pro fabulosis qui
a. h.2.5. Idē c.2.21. busdam accipies. [a] uerum in lolium transit, sed triticū
c.4.1.6. syluestre, & ordeum, culta, & mitigata per temporis tantundem mutantur, & hæc fieri mutatione loci, culturaq; uidentur. [b] mature uerò seritur, sicut ordeum.
b. h.8.1. Idem 8.6.et c.4.8. ([c] & sicco solo committitur) & die plurimum septimo
c. h. 8.6. exeunt, sed magis ordeum festinat. [d] at ex utroq; effun
d. h. 8.2. Idē c.4.8. dunt, quippe, quæ parte ima, crassaq; radicem tenui superna, herbam propellant. Fit tamen unum, atq; continuum ex ambobus, radice, & caule, exeunt uerò uno folio, & permultis innituntur radicibus, qua de causa numeroso ramo, numerosoq; caule omnia se attollunt, folliculo uerò absoluta, quarto, aut quinto die
e. h.8.3. florere incipiunt. [e] postquam uero defloruere crassantur, perficiunturq;, cum plurimum infra dies quadraginta. at in Eegypto septimo mense triticum metitur.
f. h.8.4. Vide Ordeum. [f] uerum inter frumentacea triticum angustiori folio constat, & eius plura genera notantur, cognomina ex locis sortita, ut Africum, Ponticum, Thracium, Assyrium Aegyptium, Siculum, quæ et colore, & magnitudine, & specie, & proprietate inter se differunt. Quædam uel aliunde cognomina sortiantur pro suis uiribus, tum alijs, tum uel maximè, quæ ad cibum pertineant, ut Cachryas, Stlegnis, alexandrinus: quorum omnium differentias, in supradictis colligere licet. Nec uerò ab re fuerit, si illa quoq;

pro differentijs capies, & aliud præcox, aliud ſerum: & aliud actu amplium, multumq; reddens, aliud ieiunum quoddam, parumq; referens: & aliud ſpicam grã diorem effundens, aliud paruam; & aliud diu in folliculo manens: aliud aptum breui ab ſolui, ut Africum, & aliud culmo tenui conſtans, aliud craſſo, quod etiã ipſum africo datum eſt. Craſſo tamen & Cachrydias dict ũconſiſtit. Itẽ aliud tunicis prauis, aliud multis ueſtitur, ut Thracium, et aliud unicalamum, aliud multicalamũ, et magis, minusq;. Adde etiã Siquid aliud bis, aut prædictis ratione uiriũ proximũ ſit: Eiuſmodi nãq; differentiæ naturaliores profectò appareant, quibus & trimeſtrium annumerari genus par eſt; & bimeſtrium, & ſi quid intra pauciores dies ualeat conſumari: & in Euboea genus quoddam intra quadraginta dies craſſari, perficiq; poſſe affirmant: idemq; firmum eſſe, ac ponderoſum, nec modo trimeſtris leue Quamobrem famulis id præberi inquiunt; etenim nec multum in hoc furfuris eſſe uolunt. Igitur genus id celerrimum quidem ad conſumationem, ſed inuentu rariſſimum eſt. Et bimeſtria uerò quædam habentur, quæ ex Sicilia, & in Achaiam aduecta ſunt: ſed hæc paucum reddunt, parumq; fæcunda habentur, quanquam cibo facilia, & iucunda ſunt. Naſcuntur & alia quædam genera in Euboea, & præcipuè apud Cartſtum. Trimeſtria uerò permulta, & ubiq; habentur:

Leuia

Leuia hæc, & parum fœcunda, & unicalama sunt. atq; in totum infirma. Leuissimum igitur triticum quo ad simplici ratione agere licet, ponticum est: pondero sius ex his, quæ in Græciam aduehi solent, siculum datur. Sed eo ponderosius quod Bœotia fert. Indicum asserunt, quod Athletæ, qui Bœotiæ ternos semisextarios uix possint consumere, cum Athenis fuerint, facile quina consumunt: leue satis, & quod in Laconio agro conficitur. Horum igitur causa in terris, cœloq; intelligi debet. Nam & Asiæ ultra Bactra quodam in loco adeo grande frumentum fieri tradunt, ut nucleis oliuæ sua æquiparent magnitudine grana singula; in Pissotis autem dictis adeo firmum nasci affirmant, ut si quis plus comederit, disrumpatur necesse sit, & Macedonum ita plerosq; interijsse aiunt. Absurdum sane, & leuitati trimestrium absonum, quod in Pontico euenit: Vernum enim durum admodum est; Hybernum au

a. h.8.c. *tem molle: leuitate enim molle plurimum differt.* [a] *Discernere autem & semina solent, quid scilicet cuiq; competat agro, hybernis etenim locis triticum potius datur quàm ordeum, atq; in totum frumentum potius, quàm legumen. Ad plenum inculta, & longo tempore post proscissa, tritico deputantur: Id enim melius quàm ordeum illa ferunt. Tolerat & frequentiam imbrium triticum magis, quàm ordeum, & fertilius segete minus stercorata perficitur. pari modo & tritici ratio,*

quod

quod cui conueniat habetur; exempli gratia, quod frugali & pingui, quod ieiuno, & gracili, & de reliquis pari ratione animaduertere solent. [a] *Vide quæ dicat in ordeo. uerum cum à principio exiguo multi prouenerint caules, fructum quoq; abunde profundi ratio est, sicut & in ordei, atq; tritici genere, cum ex uno plures culmi prodierint, sic enim plures spicas emergi necesse est.* [b] *at solo pluuio, atq; frigido conueniunt ad tritici pariter, & ordei, atq; cæterorum frumentorum fructificationem, soluta enim hæc sunt.* [c] *erugo quædam putredo est, nec putridum esse quicquam potest sine alieno calore, Triticum pleniluniis potissimo eruginem capit, ratio in calore est, quo etiam noctu luna putrefacere potest.* [d] *durat uerò triticum magis ordeo, & leguminibus, quia calidius sit, & tunicis pluribus tegatur; Ordeum enim nudum propemodum est.* [e] *at triticum, atq; ordeum etiam post florem, si adhuc humida, tenellaque afflatu uehementur uexentur, facile pereunt. Educitur enim quod in his tenuissimum est, & conflictata inter se euanescunt, cum euanuerint pluuia sequuta ordeo nocet, tritico prodest: & hoc propter debilitatem ordei, nã triticum robustius est, cum multis tegatur tunicis, ordeum penè nudum est.* [f] *singula pro suo humore animal creant, ceu triticum, atq; ordeum.* [g] *Euenit uerò ut triticum bestiolas ita gignat, quia dulcius quam ordeum est; qua de causa palea quo*

a. h. 2.17
b. c. 3.26.
c. c. 3.27. Idem 4.15.
d. c. 4.2.
e. c. 4.14.
f. c. 4.16.
g. c. 4.15.

què

a. c.4.17. *què huius ſuauior eſt.*[a] *puluerulentum triticum celerius putreſcit, & quod in domicilijs opere tectorio leui gatis conditum eſt celerius, quoniam id caloris plus ſentiat, puluis enim calidus eſt, ut pote ſiccus, & illi mentum calcis calorem ſuſceptum utiq; ſeruat, nam et cum uniuerſum, altumq; aceruatum eſt, putret: Sic*
b. *enim plus caloris exoritur.*[b] *ſunt autẽ quædam, quæ ſpõtè ſimul proueniunt, ceu auena, & lolium tritico, atq;*
c. c.6.8. *ordeo.*[c] *quæ quaſi inſipida ſunt à principio, & eorum perfectio ab ea ipſa qualitate accedit, antequàm plu-*
d. c.3.26. *res fiant mutationes.*[d] *trimeſtre triticum ſolo tenui me-*
4. 10. 4. 12. *lius fit: Alimentum enim ſubminiſtrari modicum eo poteſt, hoc eſt leue leui. Africum & dracontias appellatum, & ſtrangias & ſelenuſium lætum exiguum agrum. hæc enim uberius ſuccos hauriunt. Argumẽto calamus eſt, quem craſſum gerunt. Ad ſummam quodcunq; huiuſmodi ſit, ſolo frugali aptè committitur. At ſi aliquod genus tunicis multis cõtegitur, ceu thracium, hoc ſolo hyberno conuenientius dabitur: frigus enim huic nihil officere poteſt; rarum, ſolutumq; ceu canchrydias uocitatum, agro pluuio ſerendum profectò eſt, quippe cum alimenti copiam id quoq; deſiderat: quamobrem, & culmo craſſo exurgit.*

e. h.1.8. [e]*Tipha, & paluſtrium, aut lacuſtrium nonnulla inſepta pariter atq; æqualia conſpiciuntur, ut iuncus.*
f. h.1.9. [f]*radicem numeroſum habet, ut triticum & ordeum.*

enodis

[a] *enodis uerò est, ut iuncus, & gladiolus.* [b] *uerum si ti pha, semenq; pista serantur, in triticum mutari solent, idq; non protinus, sed anno tertio.* [c] *in lacu uero Orchomenio etiam tipha nascitur, & hoc peculiare maximè, quia partim folio caret, partim quia non ut reliqua radice numerosa adheret, & an utroq; loco nascatur, idest terra, & aqua, ambigitur; tamen pars tenera tiphæ ab radicibus proxima est, ut quam pueri paruuli potissimo mandunt, & phlei, & butomi.* [d] *inter frumentacea etiam numeratur, & maturè seritur.* [e] *& ex utroq; extremo germinat, ut triticum, et ordeũ, & adsummam frumentacea omnia.* [f] *Tipha postquam defloruerit crassatur, perficiturq;, cum plurimum intra dies quadraginta, ut parimodo de ordeo, & tritico diximus.* [g] *multiplici folliculo uerò includitur, ut siligo, & huiusmodi.* [h] *Sunt uerò duo illa semen, & tipha perquam similia tritico.* [i] *Sed triticum, quod ex tipha & semine fit, paratu quodam, atq; arte consistit, sicut etiam ea, quæ præmacerata fructus afferunt dulciores, uerum non solum Tipha in triticum transit, sed etiam triticum in tipham.*

a. h.1.13.
b. h.2.4.
idem fere 8.8.
c. h.4.11
d. h.8.1.
e. h.8.2.
f. h.8.3.
g. h.8.4.
h. h.8.9.
i. c.4.6.
idem c.5.7.

[k] *Tiphium radice in caput excrescit, & nepa etiam appellatur.* k. c.1.10

[l] *Trisaginis folia ad rupta, & uulnera in oleo trita ualent, & ad depascentia ulcera; fructus bilem extrahit, & oculis quoq; beneficus est; folium ad albu-* l. h.9.10

gines tritum in oleo prodest. Habet hæc herba folia quercus, & statura uix palmum excedit, & odorata, atq; suauis est; Sed partes quidem omnes herbæ eiusdem minimè ad idem utiles fore haud quicquam absurdum fortasse appareat. Radices uerò eiusdem partem unam superius, alteram inferius purgare mirabilius est, ut Thapsiæ, & roris marini.

a. h.9.10. [a] Tuberis terræ radix ad exalationes inflammationum ualet, & ad menstrua, & ad ulcera ex melle, succus ad caput purgandum illitus, & ad ebrietatem, si sparsum in uino potui des: radix etiam ad partuum celeritatem appensa benefica est, et ad amores cum eam suffoderint, uino deinde subigunt, inque pastillos digerunt, sicuti fecis uini, qua maculæ absterguntur.

b. h. 1. 2. [b] Tuber cortice, neruo, & uena caret, ut fungus.
c. h.1 9. [c] & radice penitus caret.

d. h. 1.15 [d] Thuia ex syluestribus perpetuo uiret. [e] & tardis-
e. h.3.6. simè germinat. [f] Nascitur montium cacuminibus, & lo-
f. h.4.1.
g. h.5.5. cis algentibus, & excelsa quidem est. [g] Thuium, quod Thuia ab alijs appellatur, nascitur apud Ammonis fanum, atq; in Cyrensi agro, forma cupresso similis, cũ ramis, tum folijs, caudice, fructuq;: uel potius ceu cupressus syluestris, copiosam, uel ubi urbs hoc tempore est, comperiri affirmant; atq; etiam memorant contignationes quasdã uetustissimas thuiæ. perdurat enim materies hæc incorrupta omnino. Radice huius arbo-

ris

ris nihil crispius, eaq; praeciosa opera conficiunt.

[a] *Turdaria floret, ut aphaca, & cicorea, & plã tago.* a. h.7.10

[b] *Thus in Arabia, Syria, India nascitur, ut mirrha, Cassia, Laser, Cinnamomum, & alia huiusmo di.* b. h.4.6. [c] *uerum thus atq; mirrham sub cane, feruentissimisq; diebus incidi referunt.* c. h.9.2. [d] *& tam sponte, quam incisura prodire posse.* d. h.9.3. [e] *arborem non magnam, sed quinis ferè cubitis attolli, permultosq; ramos gerere ferũt, folium piri, nisi quod multominus, colore penè herbidum modo rutae, corticem leuem omni ex parte lauri modo, uide Mirrham.* e. h.9.4. [f] *Thus etiam contra cicutam auxiliatur, ut piper.* f. h.9.22.

[g] *Thymi succus acrimoniã quandã sortitur, ut Satureiae.* g. h.1.19. [h] *Et quamuis semen nullum conspectum habeat, tamen ex his germen emittit.* h. h.3.2. [i] *uerum parte pluuia carente plurimum nascitur, et alia peculiaris naturae complura, atq; etiam Lepus, & Dama, & Struthus isthic gignitur, & alia ex genere bestiarum.* i. h.4.4. [k] *in sinu autem Heroo cognominato, ad quem descendunt Aegiptij, Laurus est, & olea, & Thymum, uerum non uiridia, sed lapidis specie parte à mari eminente, similia tamen uiridibus tam folijs, quàm germinibus. Colos quoq; floris in thymo, tanquam non perfectè floruerit, liquido deprehenditur. (Dicit etiam nonnulla scitu digna, uide locum.)* k.h.48.7. [l] *Thymi nullum semen ostendi potest* l. h.6.2; idem c.1.5. 4.5.

Kk ii

test sed floribus quodam permiscetur modo: flores etenim serunt, itaq; oritur thymum. Qui tamen Athenis deportare desiderant, quærunt atq; inueniunt. Peculiare tam præ ijs ipsis, quam reliquis omnibus uel ex locis sortiri thymum autumant. Nam quo flatus è mari nequeat peruenire, illic nasci, durareq; posse omnino negant. Est & candidum, & nigrum, & sero id ad modum floret, nam circa æstiuum solstitium incipit.

a. h.3 1. *[a] uis medica omnis uel radice, uel ramo, uel fructu respondent ijs, quæ in gustatu quandam uehementiam monstrant. Quo in genere Capparis quoq; enumeratur, & Laser, & rumex, & satureia, & cunela, & Thymum.*

V



[a] *ERI quercus glandem dulcem producit* a. h.3.10
[b] *Vernilago spinosa est, ut fusus agrestis* b. h.6.3.
buxus asininus, carduus, pinea, & alia.
[c] *& tametsi non aculeato folio constat, tamen Acani speciem gerit, senescensq; flos, in lanuginem, papum uocatam conuertitur, modo Laurini, myrtini, & caeterorum generis eiusdem. Pergit hac ad aestatem usq; aliud parturiens, aliud florescens; semen illud humoris aliquantulum continet, aculeoq; armatur, folium cum arescit remittitur, nec quicquam amplius pungit.* c. h.6.4.
[d] *Vernilaginum una candida, altera nigra, uires radi cum inter se distant; & ipsae radices specie differunt: candida enim crassa, & grauiter olens, utilis traditur ad alui profluuia, cum confecta orbiculatim modo radicis decocta est, iunco transfixa in seriem. ualet & ad interaneorum animalia lata, cum passa uua comesa acetabuli mensura è uino bibitur austero, occidit & canes & sues, canes in farina ordeacea subacta cum aqua, & oleo, sues cum braßica; Et si hominem aegrescentem experiri uolueris, an uiuere poßit lauandum ea radice triduo iubent: hoc enim si tolerauerit, mortuorum nequaquam existimant. Nascitur aequè omnibus locis, folio cardui, uerum ampliori, & terrae proximo, capite magno acano simili. Vnde quidem aca-* d. h.9.13

num

num eam uocarunt. Nigra folio conſtat modo cardui præterquam quod minori, leuioriq́ꝫ. Tota autem herba umbraculi ſpeciem repreſentat, radice craſſa, & nigra extrinſecus, ſubflaua intrinſecus nititur: loca gelida, humidaq́ꝫ amat, lepram, & uitiligine trita in aceto, & ramentis illita, necnon & canes occidere poteſt. a. h.9.14. *[a] uernilago nigra quadraginta annis utilis eſt.*

b. h.9.12 *[b] Veſicariarum duo ſunt genera, alterum ſomniferum radice rubra, ſanguinis modo, ſed candida cum ſicceſcit fructu rubriore. grano iligneo, folio lactariæ ſimili, aut malo dulci, ſed piloſo: huius corticem radicis tundentes admodum, & in uino meraculo madefacientes dant, atq; ita dormire faciunt. naſcitur rupibus, & faucibus, atq; ſepulchris. Alterum genus inſanire facit, id alij bryorem uocant, alij periſſum, conſtat radice candida, & longa ad cubitum, atq́ꝫ caua. Dabitur eius radicis dragmæ pondus, ut quis ludat, ſeq; pulcherrimum putet, placuerit.* idem: h. 9. 21. *At ſi magis inſaniat uis dragmis duabus opus eſt, ſin autem inſania ſolui malueris, tres dabis, et quatuor ſi interimendũ ſit. Habet folium erucæ proximum, maius tamen, caulem longitudine fere quatuor cubitorum, caput gethyi, ſed maius, atq; piloſius, nec fructui Platani abſimile conſtat.* c. h.9.14. *[c] Naſcitur etiam apud Arcades utrunq; Veſicariæ genus, quod fructum puniceum fert, & quod nigrum oritur.*

Vinca

[a] *Vinca peruinca folia minora habet Euonymo nascente in Lesbo in monte Orcynio, cui nomen Ordyno.* a. h.3.18

[b] *Vincum, quod Aegyptij uocant, fructum sub terram parit, ut Arachidna.* b. h.1.1.

[c] *Venena in montibus altissimis nascuntur.* [d] *& carnosa sunt omnia, & quoficciora, eò ualentiora sunt.* [e] *uerum radices uenenosiores, potentioresque sunt.* c. c.6.20. d. c.6.17. e. c.6.18.

[f] *Ventosis locis, & frigidis, & rara consitione arbores minores, sed spissiores, ficcioresque ueniunt. Afflatus enim & frigora, & omnino aer ipse occurrens constipat materiem, atque coagit: Vnde contractiores quoque redduntur, neque molem grandem possunt capescere; Idem etiam sequitur cum consito amplo dispo sita interuallo est. Sic enim spissiores, & in profundum auctiores consistunt: contra uerò, cum breui interuallo consitum sit. At locis serenis, & à uentis silentibus consitioneque breui interuallo disposita, arbores magnae quidem exurgunt, sed rarae corpore, atque humidae.* f. c.1.8.

[g] *Vere tempus omnium uiuacissimum, foecundissimumque ut pote quod humidum, calidumque natura sit. Aestas contraria quasi Veri accidit: sicca enim & feruentissima, praecipuè cum Sydus exoritur. Item autumnus non solum ficcus, sed etiam frigidus sequitur, aere iam immutato temporis hyberni accessu. Est autē et frigiditas, et ficcitas germinationi omnino contraria.* g. c.1.14.

Vere

a. c.1.27. [a] *Vere illa calida tam sensu quam ratione percipi possunt, quæ pinguia, acria, odorataq; sunt. Hec.n. caliditatem proculdubio sortita uidentur.*

b. c.6.26. [b] *Vetustæ plantæ odoratiores sunt, quã nouellæ.*

c. h.1.15. [c] *Viola perpetuo uiret, ut rosa, abrotanum, Ser-*
d. h.2.1. *pillum, & aliæ.* [d] *& ex auulsione nascitur.* [e] *& ad usum*
e. h 6.1. *coronarium utilis.* [f] *& tantummodo flos.* [g] *qui semine*
f. h.6.6. *exit.* [h] *uerum nulla parte benè olent uiola, & rosa, nisi*
g. h.6.7.
h. c.6.15.
i. c.6.25. *flore.* [i] *Cæterum uiolæ flores suauiores distantes, quã proximi sentiuntur. Ratio quod ad locum remotiorem odor purus, syncerusq; deferatur.*

k. h.6.ultimo. [k] *Viola alba florum prima se ostendit, emicat ubi cælum clementius statim, etiam nondum hyeme exacta, ubi uerò immitius postea tempora hæc generationum notantur. Violæ albæ uitæ anni maximè tres, senescensq; diminuitur, candidioresq; assiduæ flores fert.*
l. h.7.9. [l] *uerum in caule tantum foliata est alba uiola.* [m] *& in-*
m. h.7.13. *ter bulbosa eam notare licet. uerum locis sitientibus, atq; tenuibus odorata consistit, ubi cælum uehementer feruidum est, minimè, quia extra modum siccatur.*

n. h 1.21. [n] *Viola nigra in flore alterum florem insidentem*
o. h.6.6. *medium gerit, ut rosa, & lilium.* [o] *uerum flos tantum usui est, discerni uerò à floribus nulla parte possunt uiolæ nigræ, hæ nanq; differentiam nullam habere uidentur, quãquam albæ nimirum habeant, colorem enim earum uariari liquido patet, atq; etiam magis liliorum.*

At uiola nigra distat ab alba tum aliorum quorundam, tum plantæ, quòd latifolia, humilifolia, carnifolia extat, & radice multa cohæret. [a] uerum uiola nigra per annum durat, si cultus adhibeatur. [b] & assiduæ florere uidetur, sicut etiam oenantha, & aliæ. [c] quæ autem debilia sunt, celeriter euanescunt, ut uiolæ tam nigræ, quàm candidæ, amaræ, maleq; olidæ in uetustate redduntur: nec sicuti rosæ suum odorem etiã siccæ conseruant, dum deficiant penitus, uirides tamen à longe redolent, siccæ non nisi proxime admotæ, uide rosam. [d] Viola nigra, & crocum non multum alimenti desiderat, & satis ex se habent, sunt enim capitata.

a. h.6.7.
b. a.1.15
c. c.6.23.
d.

[e] Viola flammea uocata uere floret, Syluestris dun taxat, & plurimum durat.

e. h.6.7.

[f] Vipera ubi intra se oua peperit, mox animalia gignit, [g] uerum eas cerui edunt, quibus cætera moriuntur: tametsi multo maiora, robustioraq; sint. [h] at cum alliũ comederunt, rutam assumunt, & ita sibi ipsis meden tur.

f. h7.14.
g. c.4.10
h. c.6.4.

[i] Viti flora durat, ueluti uiola nigra, & ea quoque addicta floribus est, naturaq; herbacea constat.

i. h.6.7.

[k] Viscum in alijs arboribus prouenit, [l] & in ilice etiam. [m] mirandum autem, atq; absurdum maxime omnium appareat, quod quædam ex seminum, plantarumq; numero pululare in terra nequeunt, ut Viscum, Stelis, atq; hyphear. Stelis Euboensium uocabulum

k. h.3.9?
l. h.3.16.
m c.2.23.

est; Hyphear Arcadum: Viscum commune; hæc naturam eandem omnia sortiri quidam affirmant, sed ea de causa differre uideri, quia in diuersis plantis prouenіant. Hyphear enim, & Stelis in abiete, pinoq; nascuntur: Viscum in quercu, Terebintho, atq; alijs pluribus. Alij differre ista inter se uolunt, argumentũq; non inepte illud adducunt, Siquidem uere narrant, quod non solum in congeneribus quodq; illorũ erumpat, exempli gratia, in abiete, pinoq;, uerum etiam in eadem arbore plura diuersis partibus exeant, ut hinc Stelis, uel uiscum, inde hyphear. Item non modo formas, sed etiam fructus dissimiles hæc ferre confirmant. Atqui id quidem obseruari ubiq; par est, etiam in agris, qui inter se plurimum discrepant. Viscum enim aliud folio esse perpetuo, aliud deciduo, haud quamquam absurdum est: siquidem aliud uirentibus semper arboribus, aliud frondem amittentibus insidet. fit enim ut his careat alimento, ut illis habeat quantum abunde sit. Causa enim perpetuæ, deciduæuè frondis hæc est: sed hoc utro tandem modo se habeat, nil refert ad id, quod in præsentia quærimus. nasci autem humi nulla penitus ratione ualere absurdum certe appareat, præsertim cum tam multum, ac ualidum fructũ pariat. proximum tamẽ quoddã insitionibus, atq; inoculationibus, euenire apparet. Alimentum paratius, & quasi confectũ, percoctumq; propemodũ capitur, quod etiam uiscum uide-

tur

tur exigere, ad quod eiusmodi alimentum desideret, imbecille natura est, hoc autem neq; de uisco, neq; de stelide, neq; de hypheare dicendum uidetur. Hæc enim ualida, & nutricare idonea esse putantur, nam & boues, & iumenta hoc pabulo post messem aluntur, atq; pinguescunt, adhæc fructus uisci, quam bonis sit uiribus, sua planta latißime indicat, quod si non infirma, sed tam ualida sint; cur non per se pululant, atq; proueniunt. Quippe quæ uiribus ualent terram ui sua disiungere, seq; abscondere poßunt, quod Lupinum etiam facit.[a] *Solutio autem huius quæstionis talis est, quòd his datum à natura tantum est, ut non nisi alijs ualeant prouenire, sicut & animalia quædam, non nisi in animalibus poßunt creari, ceu quæ in conchis nascuntur, neq; in cæteris actis præstare animalibus pabulum. uerum origo latet eorum, Plantarum autem eiusmodi generatio patet. Initium uerò à pastu auium exoriri uelut accidens ad generationem animaduertimus, quod in alijs euenit. pica enim, & aliæ quædam aues, glandes reponentes, obruunt terra. Quippe uisco detracto, confectoq; in alius, quod frigidißimum est, semen cum excremento purum dimittitur, & facta mutatione aliqua in arbore stercoris causa, pullulat, atq; erumpit. Vires autē bonas concipi ratio est, cum pabuli copia, tum uel maximè ratione fortaßis naturæ propriæ. Validiora tamen illa esse, quæ in abiete, uel pino nascan-*

a. c.2.24. Idem.5.4.

tur, consentaneum est. plus enim alimenti, & idem
a. c.5.22. *pinguius eiusmodi arbores subministrant.* [a] *uerum uisſum quoq;, & omnino, quæ aliquam plantam pro sede capiunt, interimere possunt, ut hedera, & huiusmodi.*
b. h.9.20 [b] *Vinum apud Heracliam Arcadiæ, ut ferunt, fit, quod potum uiros insanos agit, mulieres steriles reddit. Achaiæ apud Cabyniam maximè uitis quoddam genus habetur. Cuius uinum abortum facit, & ubi canes uuam comederint, eas quoq; periclitari necesse est. In gustu nec uua sensum alium, quàm cæteræ uuæ facit. nec uinum à cæteris uinis distare percipitur. In Troezensi agro uinum steriles qui biberint facit: apud Thasum uinum somnificum arte quadam conficitur, & aliud, quod potum uigilantissimos facit, sed eiusmodi uires ad corpus spectare, inq; generibus corporeis per*
c. c.6.9. *cipi manifestum est.* [c] *uerum uinum ex uetustate senescens, ueluti secundum naturam fuerit alteratum, amarum efficietur, quod propterea euenit, quoniam aere circunfuso exactum sit id, quod tenuè, ac idoneum potui fuerit: hoc enim exolescente, relinquitur, quod terrenum est, atq; amarum. Sed si tanquam per uiolentiã, & præter naturam mutatum sit, coacescit: id enim saporis contrarium esse natura uoluit: corruptio autem & alteratio accidere cæteris uitij solet. quod enim corrumpitur, perhumescit, & sæpenumero coacescit, ac uetustescit exiccatur, parte hic etiam terrena tantum*

extante. Omnino singulæ corruptiones aut rei alienæ admistione, aut propriæ defectu, temporis causa eueniunt. Pereunt uerò permistiones, alias externis aliquibus immistis, alias parte alia uitiata, aut modum excedente interna, sed fortè uerius dixerim, parte aliqua commota, corruptaq́ꝫ, totum perire. Sic enim fructus corrumpitur, & lac, & uinum, & reliqua generis eiusdem, nec uerò minus certa in his est. [a] *Succi* a. c.6.28. *uerò expreßi odores facile trahunt oleum, & uinum: quæ quidem res minus dari rationi posse uidetur. Cur enim aqua, quæ tenuißima est, omniq́ꝫ odore, sapore uidua, & omni, sincera, & nitida, nullum potest recipere odorem. Quæ autem sapida, olida, craſſaq; sunt, recipere poſſunt. Vinum tamen etiam si res odorata non sit iniecta, sed iuxta posita, odorem potest attrahere, quod calorem in se aliquem habet. Vis enim caloris est, quæ attrahit. Quod cum aqua nullatenus habet (est enim natura frigida) nihil attrahere potest. Item quod susceptura, seruaturumq́ꝫ sit odorem, non tam tenue, simplexq́ꝫ esse, quam aqua debet. Odor enim receptus in eo delabitur, atq; effunditur, quasi fundus nullus sit, qui obsistere poßit: sed callosius, ac densius esse oportet. Tale enim ad suscipiendum, seruandumq́ꝫ odorem aptißimum est, dum ad utrumquè se modice habeat: quod quidem utrunq; uino, & oleo contingit. Et unguentarij uerò odores in oleo reponunt, cum*

enim

enim alias ad usum accommodatur, tum seruare odorem maximè omnium potest: quia incommutabile permanet, aqua protinus exalat, & quasi eluit, atq; discernit. Tenuitas uerò (ut diximus) inutilis est, neq; enim aer retinere odorem potest, sed transmittere tan-
a. c.6.15. *tum idoneus.*[a] *uerum succos nonnullos dimouendo ex propria natura, putrefaciendoq; leuiter. potari habiles faciunt, ut qui uinum ex ordeo, triticoue conficiunt. Aut quod Zethum Aegyptus appellat, quorum omnium principia, uiresq; naturæ conueniunt: quæ uerò utendi causa fiunt, hæc solertiæ potius, ingenioq; hominum tribuendum. Sed quæ ars, & ingenium*
b. c.6.22. *faciat, ipsa per se existimare dignius est.*[b] *uerum uinũ tunc maximè constans perficitur, atq; odorem capessit, cum pars eius aquosa difflata, exactaq; est. Hæc igi-*
c. c.6.4. *tur omnia odoratiora in uetustate efficiuntur.*[c] *uinum dulce, & molle caret odore, quod tenuius inter cætera est, hoc odoratius, & celerius hoc, quàm pingue, crassumq; consistit, atq; perficitur. Item unà cum odore euenit, ut fece sidente, uel segregatio humoris, partisq; terrenæ, exhalatioq; fortis aquosæ efficiatur, ita ut ex his omnibus suauis illa exoriatur olentia, id est, attenuatione, segregatione exhalatione. Nam & in ipso dolio pars uini, quæ est iuxta fecem, minus redolet. Hæc eadem causa est, & quamobrem genus uini, quod morale uocatum est, celerius purgetur, consistat*

que.

què. Est etenim tenuius, & obiter quasi uitio mistu ræ immune. Confirmatur id etiam, quod ex tenuioribus & succo probatis, spiratisq; commode odoratiora proueniunt, ex uetustioribus, quàm nouellis. Item quod, quæ largè olent, ac ualide, mollitiem in gustatu, nullam præsentant: ut pote cum simul manere nequeant, odor suauis, & plenius ille, ac ualidius, quod etiam in unguentis, incensis, coronamentis, cæterisq; odoratis euenire uidetur. Hæc etenim omnia amara sunt, maleq; sapida, sicut amygdalæ. Et montana uerò uinorum genera, odorem pleraq; obtinent, quæ dura, minusq; sapore commendata existunt. his igitur omnibus constat aliud esse, quod faciat odoris suauitatem: si tamen causa odoris, saporisq; modus adsit, quod ex ambobus exultet, suauissimum est.

[a] Vitis cortex ex humore, & neruo constat, folia uerò ex humore, & carne. [b] circa agrum Elephantinum neq; uitibus, neq; ficis folia decidere aiunt. [c] uerum uitis medullam carnosam habet, ut ficus, punica, sambucus, & huiusmodi, radices tenues omnes, & pro lis procreandæ sursum uersus uim obtinent. [d] At si cõ festim ramos succidas, purgesq; excelsæ, si relinques, breues uites assurgunt. [e] folia ampla sunt, ut fici, & platani, & aliquatenus fissa, pediculus longus est. [f] Semina congesta putamine aliquo, aut tunica continentur, ut punicæ, mali piri, & fici. [g] succus uinosus. [h] flores

a. h.1.4. Idē h.1.16.
b. h.1.6.
c. h.1.9.
d. h.1.14. Idem c.2.19 c.3.2.
e. h.1.16.
f. h.1.18.
g. h.1.19
h. h.1.21.

a. h.2.22 *lanuginei.*[a] *& circa fructum ipsum producuntur. uerum genus quoddam & uitis, & punicæ, fructum perficere nequit, sed florem usq; generatio tantum prouenit.*[a] *Ex nouellis uerò fructum gignit, ut ficus.*[b] *interim hæc sata degenerant.*[c] *uerum uitis, quam Capneium uocant, mirabilis cernitur, nam ex nigro racemo candidum, & ex candido nigrum hæc præstat. Item aliquando absq; folijs fructum produxit.*[d] *uiui radices autem apud parentes minime effici possunt, & statio quoquè palo fit, & ,ut absolutè loquar, oleæ, fico, & uiti solum campestre maximè statuunt.*[e] *& aquam maximè uitis diligit, puluis quoq; ut nonnulla crescant, uireantq;, facere uidetur, ut uua. Quamobrem inferius sæpè excitant, nonnulli & ficos suffodiunt, ubi puluere opus sit. Megarenses etiam Peponibus, Cucumeribus, atq; cucurbitis, cum uenti anniuersarij perflāt, puluerem sarculo excitant; atq; ita dulciores, molliores q; reddunt absq; rigatione. Hoc igitur concessum in dubie habetur, sed uitem puluere conspargere, aut ullo pacto tangere, cum uua nigrescere incipit, haud quaquam oportere existimant; sed si unquam ita agendum sit, cum nigra omnino redditur agendum censent. Alij neq; tunc oportere aiunt, nisi quoad runcandum sit.*[f] *germinatio ad ortum arcturi post uernum fieri solet.*[g] *Vitis nascitur ea parte Idæ, quam uocāt Phalacras: est frusticosa, uirgis paruulis, & ramulis*

Marginal notes: a. h.1.23. — b. h.2.3. — c. h.2.4. — d. h.2.7. — e. h.2.8. — f. h.3.7. — g. h.3.17

lis cubitalibus pene exporrigitur : quibus acini laterales nigri adhærent, magnitudine fabæ, dulces, qui lignum uinacei modo intus continent, folium rotundum, indiuiduum, paruumque. Cæteris quoque montibus propria quædam natura dederat, aliis arbores, alijs frutices, alijs reliquæ materiæ aliquid, sed proprietatem singulis locis inesse sæpius dictum est.[a] *Nascitur uero uitis & mari, & terra: nam & terræ proxima, & pelagica est, & maiora fert folia, Sarmenta, fructumque.*[b] *Verum si credimus (quod quidam de uitibus referunt) quòd radicibus particulatim detractis caudex, naturaque tota similis, ac simili fera quantumuis temporis permanere queat; hæc prorsus longeua omnium præcipuè constat. Colendum autem hunc in modum, cum uitis iam delabi uidetur, palmites admittendum, fructumque anno capiendum. De inde altera ex parte uitis suffodiendo radices omnes purgandum, post festucis implendum, terramque accumulandum: isto itaque anno male admodum ferre aiunt, postero melius, tertio, & quarto stabiliri, ferreque multas bonas uuas, ut non alio modo se habeat, quàm cum uigebat. Cum iterum languescere incipit, partem alteram suffodiendum, colendumque simili ablaqueationis ratione, atque ita semper durare posse affirmant; id autem anno maximè decimo fieri. Qua de causa nec præcidere unquam eos debere qui ita faciunt, sed per multas ætates caudices eosdem*

a. b.4.7.

b. b.4.15.

durare, ut ne meminisse quidem sit, qui seuerint. Hoc igitur expertis accipientes credere fortasse debemus.

a. h.4.16. Idem fere. c. 11.21. [a] *uitis uerò hirculatur, quod eius præter syderationem potißimum est, aut cum germina afflauerint abscißa, aut cum imperitia culturæ fuerint læsa, aut tertio cum*

b. h.4.17. *supinum fuerint excisa.* [b] *quæ autem tabuere modo non penitus perierint, citißimè poßunt regerminare, ita*

c. h.4.18 Idē c.3.23. sed addit sponte. *ut uitis statim fructificet, sicut in Thessalia fit.* [c] *cortex uiti detrahitur, ut cerasо.* [d] *& caudicis fißionem tolerat.* [e] *Materies lenta, ut salicis, & propterea ex*

d. h.4.19

e. h.5.4. *his scuta facere solent.* [f] *Verum inter uites quidem quæ*

f. h.5.5. *minus fructificant, gemmis crebrioribus constant. So*

g. c.1.1. *lidioresq; sunt.* [g] *summis uerò ramulis pullulare facile*

h. c.1.3. *potest.* [h] *sed cum auulsione radice, & ramulo proueniat, ligno etiam, prægrandiq; ramo exurgere non po*

i. c.1.6. *test, quoniam partes mediæ siccæ, lignoseq; sunt.* [i] *uerum uitem multis ante diebus persecant, ut lachryma*

k. c.1.9. *effluat, neq; putrescat, neq; uermiculetur.* [k] *aucta facilis est, & semine deterior prouenit, ut punica, & amygdala.* [l] *uerum nonnullis locis uitis, & ficus folia*

l. c.1.12. *non amittunt, quia nunquam his nutrimentum quantum*

m. c.1.13 *sufficiat, de est.* [m] *rami etiam, tam parui quàm grandes principia quædam uitalia habent, quæ tepefacta temporis indulgentia germina pariunt, etiam si nulla innitantur radice, quod præcipuè in plantis patescit, quas detractas uitibus, alijsq; componunt in doliis,*

Inculta

[a] *Inculta uitis priusquam culta germinare incipit.* [b] *sed omnia ferè, quibus fructus humidus, aut nudus, aut tenui inte ctus putamine, celeriter suos fructus perficiunt, ut uitis, ficus, & præcipuè morus.* [c] *sed absurdum profectò putaueris, quod inter ea, quæ generis societatem habent, animaduertimus; hoc est alia matura, alia serotina consistere, ut fici quædam, & uites & pomi & piri, & alia.* [d] *Vites uerò insanæ uocatæ sui generis sunt, quæ non solum germinant, sed concoquunt, & florent, & racemantur.* [e] *hoc uerò peculiare fico & uitibus euenire quidem narrant, ut cum egregiè germinent, tunc maximè fructificare dicuntur, & licet in uuis acinos minutos prospiciamus, tanquam eos natura perficere minus potuerit, tamen non minus dulcedinis his paruulis, quàm magnis illis concessit.* [f] *uerũ imbres hyberni tempestiui uitibus etiam sunt, quibus uerò fructus diuturniores, plusq; alimenti, coctionisq; desiderantes, his seriores etiam imbres tempestiui accedunt, ut uiti, punicæ, & oleæ.* [g] *& pratense solum uitis desiderat, & arenosum.* [h] *largam uerò copiam alimenti uitis desiderat: quia calida, laxa, humida, & fæcundissima est: forsitan & ob hæc eadem fæcundissima.* [i] *differentiæ uerò tam agri, quàm arborum permultæ intelliguntur, quod etiam in uitium genere patet. Alijs enim plana, alijs montana loca magis conueniunt, & in his ipsis aliud alijs competit. Verum sim-*

a. c.1.17
b. c.1.20.
c. c.1.22.
d. c.1.11 etiam loquitur de uite insana.
e. c.1.25.
f. c.2.3.
g. c.3.7.
h. c.2.15.
i. c.2.6.

plex illud asserere facilè est, ut & præcipere solent. Solidas spissasq́ locis sitientibus serere oportere, solutas uerò & humidas, mollioribus, atq; humectioribus: sic enim utrisq; alimenta modicè suggerentur: cum alteræ multum, alteræ parum desiderent. (Quomodo cognoscendæ uites densæ, & solutæ. Vide c. iii. xyi. ferè per totum) [a] *at uitis, & ficus simul benè fructificant, quia humida sint coctură certè ampliorem desiderant.* [b] *uerum licet molestißima sit ficus uitibus, tamen aliquando obarescunt, ubi fici maritæ sublatæ fuissent.* [c] *uerum uitis cum humida sit, frigiditatem uehementer desiderat, sic enim longè melius coquitur.* [d] *inter eas uerò, quæ solutum fructum progenerant, sola uitis & ficus incrementum amplißimè capiunt. Vitis porrecta materie in quamcunq́ partem deuenire facile potest, modo solū obtineat probum, ac fertile. Ficus autem se in altum attollit, & ramoso admodum corpore amplißimum occupat locum.* [e] *uerum quædam nisi diminuantur, fructum percoquere nequeunt, ut uitis, quam cantharam uocitant. Qua de causa summa uuarum detrahere solent, alioquin putrescunt, & pereunt.* [f] *uerum ex odore uitis noxam capit, ut ex odore Lauri, atq; braßicæ, quod protinus in germinatione liquescit: cum enim germen propinquum lauro, uel braßicæ est, retrorsus parte sua postrema flectitur, & quasi odoris uehementiā fugit. Vitis nanq; olfatrix est, sicut & uinum odorem*

a.
b. c.3.15.
c. c.2.10.
d. c.2.14
e. c.2.20.
f. c.2.25.

rerum appositarum trahere aptißimum est, & magis, atq; celerius, quod amphoris continetur : quoniam id neq; multum, neq; craßè obtectum sit. Sed multa esse, quæ poßint offendere, facile percipi potest, ut dictum est. [a] *Verum uitis, & ficus cum humidæ sint, non multũ durare possunt.* [b] *Vitis laconica rigua maximè quærit.* [c] *at cum prima fundit germina, necquicquam moue re uelis, cum uero tenuerit, conualueritq;, amputabis superiora, & quæ optima, & aptißima sunt, tantum relinques, amputari uerò semper quotannis requirit, scilicet ex summa facultate augescendi, nihil enim pariter atq; uitis augescere potest.* [d] *Radices uerò annuas, & in uniuersum per summa cespitum adhærentes resecari par est, ut inferiores plures, ac robustiores efficiantur.* [e] *Fimum uerò uitibus quadriennio post, uel etiam longiori exacto tempore disponunt; Nanq; sicitius stercorentur nequeunt tolerare.* [f] *at Scrobes pro moribus afflatuum præparant, & semina cum obseruatione ponunt eadem, ne aduersa flatibus germinent; frangi etenim ita necesse est, neue delapsa præter naturam augerentur, uitis enim cum ex his deterior proculdubio redditur; pari modo & reliqua ratione agri decerni omnia debent. Vineta hunc in modum singulis locis disponi, & his de causis conuenit. Resecari autem plantas breui relicto palmite præstat ubiq;, ut radices, uires incrementaq; capiant. Tum etiam magna*

a. c.3. 6.
b. c.3.7.
c. c.3.9.
d. c.3.11.
e. c.3.13.
f. c.3.18.

cx

ex parte solum ieiunum est, & quod alere nequeat, locis montosis & frigidis recisionem etiam uernam cauendam existimant. frigus etenim exiccat. Tempus tamen putandi ferè idem omnibus statuunt, sub ipsam scilicet germinationem, ut planta plena humoris protinus exiccetur, ut germen optimè prodeat, quippe putationem istã non fructus, sed germinis gratia faciunt. Autumnalem uerò fructui præparant: qua de causa post Vergiliarum occasum cõtinuo illam adoriri oportet. Tunc enim uites sibi maximè constant, & recisæ minimè lachrymant, nec quicquam rumpuntur: quod quidem utrunq; dannum retonsæ post solstitium, & fauonij flatum nimirum sentiunt, & plantæ ipsæ laborant, & germina extremis exeunt gemmis iuxta cæsuram, quoniam alimentnm partim effluxit, partim in summitate remanserit. uerum uitis si undiq; leuis, expo
a. c.4.12. *liataq; sit, melior, fœcundiorq; euadet.* [a] *sunt uerò aliæ uites præcoques, aliæ serotinæ, ut etiam ficus, malus & pirus, aiunt & hoc de uitibus, quot quot agrorum genera, tum & uitium sunt, & hoc in uniuersum asseri*
b. c. 5.2. *potest.* [b] *germinationem uerò accelerant uites collecto illo fœdo, germinatoreq; humore; locus tamen germinandi certus ijs est, Gemma etenim dehiscente germen emergit. augescit uerò, perinde ac cœli qualitas, & temporis spatium.*
c. c.5.3. [c] *fructuum mutationes si qui uel ex candidis trafeant in nigros, uel ex dulcibus in acutos,*

aut econtrario, quemadmodum fico, uiti, atq; punicæ euenire proditum est. locis quibusdam nulla in admiratione sunt, neq; ullo modo absurde uidentur, quoniam natura aliàs hoc modo, aliàs illo, & partibus quoq; non pariter ferat; ut in uite fumida uocitata patescit. Hæc enim uuas alias candidas, aliàs, nigras afferre uidetur & aliàs omnes candidas, nigrasuè promiscuè generat. Quam obrem nec augures hoc iudicare tanquam ostentum consueuere. [a] *Vitem autem sine folijs fructum aliquando tulisse si ex toto dixeris, incredibile est, sed si exiguo quodam producto germine, eoq; mox imbecillitate sua delapso, uuas sine folijs extitisse inquis, res uerisimilior redditur, tanquam ad fructum edendum amplior, uehementiorq; impetus factus sit, at uitis cum floret, si sero inceperit, fructum sine folijs seruat, & ficus quoq; delapsis folijs poma diutius retinet.* [b] *Verum uiti palmitis medulla exempta uua sine uinacijs gignitur.* [c] *Depastio uerò animalium damnosa admodum est, quippe exesis primis germinibus nihil amplius germinatur, sed protinus ipse germinandi effluxus cessat, atq; extinguitur, quasi uitis exiccata et manca quodammodo fuerit.* [d] *at uitis locis prægelidis sapore non caret, oliua autem caret. sed ratio in eo sanè est, uidelicet, quod uires ad carnem conficiendam intenduntur. uuæ autem sapor ipsa carne consistit.* [e] *uerũ odorum saporumq; uarietate discordantia prodeunt,*

a. c.5.4.
b. c.5.7.
c. c.5.25.
d. c.6.12
e. c.6.18.

a. c.6.19 *ceu uitis, pampinus, & uua.* [a] *omnino multis id euenit, ut cum uiridia sunt, mandi nimirum poßint, saporisq; aliquam reddant suauitatem, propter commistionem aquosi humoris, cum autem siccescunt humoris temperie sublata, ingustabilia relinquantur, ut germina uitium, & stipitum, & aculeatorum quorundam, & leguminum aliquorum, ut Cicere, fabæ. ad summa eorum, quæ dulcedinis aliquid reddunt.*

b. h.9.14 [b] *Vitis syluestris anno durat, si in umbra, & sine ictu reseruetur, alioquin putrescit, & inanis, fungo-*
c. h.9.22. *saq; reditur.* [c] *radix huius uitis calefactoria, acrisq; est, quamobrem ad psilothri usum idonea, & uitia cutis in facie mundat. fructu eius defoliare arbores solent, succiditur omni tempore, sed præcipuè autumno.*

d. h.1.13. e. h.1.16. [d] *Vlmo cradæ gignuntur.* [e] *& illud sanè peculiare, quod ulmo, oleæ. Tiliæ, populo euenire uidetur,*
idem c.2.26. *uertunt enim partes supinas, mox post solstitium æstiuum, eoq; argumento rustici solstitium confectum intel*
f. h.3.1. *ligunt.* [f] *aquam uerò Vlmus desiderat, & lucos, ueluti platanus, salix, & populus, Hæc enim omnia, & similia sata germinant, & celerrimè, pulcherrimequè ex auulsione, quæ etiam si quis prægrandem, eamq; cũ arbore se exæquantem transtulit, perdurare optimè potest. Quæ uerò semen, fructumq; ferant, tam ex radice, quàm ex ijs ipsis prodire nimirum possunt. Nam eas, quæ steriles esse arbitrantur, generare quidem*

affirmãt,

affirmant, ut ulmum, salicem, argumentumq; capiunt non solum quod pleraq; procul radicibus suis erumpant, uerum etiam in contemplatu eorum, quæ interdum euenisse notantur, ut in Phineo Arcadiæ, cum aqua, quæ in plano obstrusis faucibus extumuit, demum erupisset, ubi propè à loco inundato Salices steterant. hic anno secundo solo resicato Salices iterum surrexisse affirmant: ubi autem Vlmi, iterum ulmos, & ubi pinastra, & abietes, ibidem pinastra, & abietes: quasi istæ quoq; illas æmularentur.[a] Cæterum uel illud indicium afferunt, quòd ulmus semina producat (.[b] Nam semina latitare arbitrandum est) cum enim flatibus delatum semen in loca proxima fuerit, nasci arborem aiunt.[c] Auctu uerò facilis Vlmus est, ut platanus, populus, & Salix.[d] Quibusdam uerò datum à natura est, ut plura producant, Vlmus enim uuas affert, & folliculos quosdam.[e] Vlmus monte colorata ualdè assurgit.[f] Et duo sunt eius genera, alterum monti ulmus, alterum ulmus uocitatum: interest quòd ulmus fructicosior est, monti ulmus auctior: folium indiuiduum leuiter circum serratum, oblongius quàm piro. Scabrum non leue, præstat hæc arbos, et amplitudine, & altitudine, non crebra circa Idam, sed rara prouenit, amat rigua, materies flaua, robusta, neruata, deformis: quippe tota cor est. Vtun

a. h.3.2.
b. c.1.5.
c. h.3.7.
d. h.3 8.
e. h.3.11.
f. h 3.14

N n tur

a. b. 5.8. *tur ea uel ad lautiores fores ([a] Vt ad cardines et ad tornatum nauibus rotundis, & ad præla, & torcularia) & uiridis cæsu facilis, sicca difficilis est. Sterilis deniq; putatur, gummam in peciolis gignit, et animalia quædam culicea, & amenta peculiaria gerit. Autumno multa minuta, nigra, cæteris uerò tempo*
b b. 4.7. *ribus quid ferat, minus animaduersum est. [b] Verum loca alia platanum habent, alia ulmo, & salice scatent.*
c. b. 5.1. *[c] Aliquando uerò post messem, aliquando post*
d b. 5.4. *uindemiam, & arcturum cæditur. [d] Et lentore nō ca*
e. c. 4.4. *ret, & humidior natura est, ut platanus. [e] Imper-*
f. c. 5.23 *fecta uerò ulmus germinare potest, ut salix. [f] Plagam uerò ulmum non solum tolerat, sed etiam lignis detractis caudici indomita manet, est enim humida, et probè germinat.*

g. b. 1.8. *[g] Unedoni cortex cadit, ut portulacæ, & arbuto.*
h. h. 1.15 *[h] Verum Portulaca, atq; unedo folia inferiora dimittunt, cacuminibus perpetuo uirent, ramisq; assiduè præpostero gignunt.*

i b. 9.9. *[i] Volucrum prius quā sol irradiet accipere iubēt.*
k. b. 9.19 *[k] Gignere nequaquam posse putatur, cum qui semine uolucri collectum modo sextarij triginta assiduè diebus portionibus æquis biberit ex uino albo, sic. n. penitus sterilescere hominem aiunt.*
l. c. 2.25 *[l] Quæ uerò corpore leui, atq; gracili constant, facilè arbores scandunt,*

ut

ut uolucrum, lupinum, syliqua.

[a] *Vrtica cibo idonea est, coquitur enim ut malua beta, & rumex.* a. h.7.7.

[b] *Vultures ab unguentis, & canthari rosis necantur, necnon & apes uehementer eos oppugnare uidentur, qui uncti sunt.* b. c.6.4.

[c] *Vua plurimas alterationes recipere apta est, et omnino quæ saporem uinosum sortita sunt. primum.n. dilutus quasi sapor sentitur, proximè acerbus, tũ acutus, inde ultimo dulcis.* [d] *Verum cum succo expresso de sede sua educimus.* [e] *Creatur uerò uua à medulla (uide uitem & hunc locum totum)* [f] *Et in ea acinos minutos prospicere licet, quamquam non minus dulcedinis, his paruulis quàm magnis illis natura concessit, ut in uite diximus.* [g] *Verum uuæ decerptæ dulciores efficiuntur, scilicet quod pars humoris diluta sole absumpta est.* [h] *sine uinacijs uerò conspicitur uua medulla detracta palmitis, qua uinaceum gignitur, ut in uite dicebamus.*


c. c.6.7.
d. c.6.15
e. c.3.19
f. c.1.25
g. c.2.10
h. c.5.5.

Z

[i] *Zea uide semen.* i. c.4.6.

FINIS.

EIUSDEM CAESARIS ODONI MEDICINAE PRACTICAM ORDINAriam Bononiæ profitentis. Diputationes duæ vtillissimæ, Altera an Rheubarbarum magis in substantia quàm ex infuso exhibitum soluat & aperiat. Altera an in quolibet humore euacuãdo sit expectanda concoctio nunc primum editæ.





VONIAM ea, quæ aliàs de Rheubarbaro tùm ex bonorum authorum sententia, tùm multorum seculorum usu, et comprobatione publicè docuimus, uidemus iam quorundam grauium uirorum scriptis improbari, ne falsam aut periculosam uideamur tradidisse doctrinam, necessarium fore duximus, si breuiter hic refellere tentemus, quæcunq; aduersus nostram, ac comunem de Rheubarbaro opinionem isti in medium adducere conati sunt, atq; id, non ut cuiquam contradicere sit animus, nec (testor deos) altercandi gratia, sed & ut in re tanti momenti ueritatis lumen clarius appareat, et nos non omnino absurda, et à ratione aliena in medium attulisse uideamur.

Diximus nos atq; etiam nunc dicimus, & sentimus, donec ratio nos & dicere, et sentire aliter cogat, quòd Rheub. illud, quo hodie pro medicamento purganti paßim medici utuntur, si in substantia & propria mole

exhibeatur, minus purget quàm si ex infuso propinetur. Dicimus item quod infusum Rheub. magis præstet aperiendo quam substantia & mole sua. Quas duas positiones licet hactenus ob omnibus, qui post Mesue artem medicam exercuerunt, fuerint pro ueris & tutis receptæ, & longo usu comprobatæ nonnulli tamen falsas esse authoritatibus, & rationibus probabilibus ostendere adnituntur, quas omnes mox à nobis ex ordine et fideliter relatas prouiribus impugnare et reijcere conabimur, atq; illas in arte medica penitus absurdas imò periculosas esse demonstrabimus.

Primo igitur instant probando, quòd Rhubarbarum in substantia & mole purgantius sit, hoc argumento. Id purgans medicamentum, quod duplici facultate soluit, lõgè purgantius, & magis solutiuum est eo quod unica tantum ui & facultate, sed Rheubarbarum duplici facultate purgat, nimirum electiuè soluendo, & compressiue, ut uocant. Dilutum autem solum electiuè soluendo, igitur magis in substantia. Assumptum primum manifestum est, duo enim agentia potentiora sunt quàm unum. Patet etiam secundum, quoniam omnes concedunt facultatem compreßiuam in medicinis, qua pollere Rheubarbarum mirabolanos, & similia, nemo est, qui dubitet.

Secundo argumentãtur etiam ratione ualidiori dicentes. Illud medicamentũ quod ualdè solutiuum est, in mi-

nori dosi, & quantitate datur ægris, quàm id, quod est minoris uirtutis in soluendo. At cum damus Rheubarbarum in substantia, in minori dosi exhibemus, quàm cùm damus in diluto, igitur plus ducit in substantia, quam in diluto.

Prima propositio probatur exemplo manifesto Scamonij, Elaterij, & eiusmodi ualidiorum medicamentorum, quæ quò sunt magis soluentia, eò in minori portione exhibentur. Secunda etiam propositio est manifesta, quia usu omnium medicorum quotidiano probari potest; Nam duplam proportionem seruant in exhibendo decoctum seu infusum. Verbi cuassa, si danda unica dracma esset Rheu. in substantia, duas in diluto exhibent.

Tertio arguunt apparenti ratione dicentes. Id medicamentum, quod lõgiorem moram trahit in stomaco, plus etiam educit, quàm id, quod minorem, sed Rheubarbarum longiorẽ moram in substantia, quàm in diluto ergo.

Prima propositio apparet ex eo, quòd agens in agendo cum hæret, maiorem impreßionem facit in passum, quàm id, quod transit, nec figitur.

Secunda Propositio item est manifesta, quia dilutum perfluum, ac lubricum, ac minus hærens est propter aquæ admistionem.

Quarto probant eo argumento, nimirum Medicamentum soluit magis, quod potest difficiliorem materiã

euacuare, quàm quod poteſt faciliorem, at Rheubarbarum in ſubſtantia ſoluit difficiliores materias, quàm dilutũ, ergo. Prima propoſitio ſic declaratur, quia cũ omnis actio fiat cum reactione, illud eſt agens ualidius, quod ſuperat paſſum magis reagens, & reſiſtens, quàm quod minus. Secunda etiam patet ex hoc, quòd damus in ſubſtantia Rheubarbarum cum craßiorem, & magis reſiſtentem materiam uolumus educere, igitur magis in ſubſtantia, quàm diluto.

Quinto etiam inſtant ea nimirum ratione, quia fortioribus naturis Rheubarbarum in ſubſtantia datur, infuſum uerò naturis debilioribus, igitur Rheubarbarũ in ſubſtantia magis ſolutiuum. Prima propoſitio probatur ab Auic. quarta primi cap. nono, & eſt rationi conſentaneũ. Secunda eſt ex uſu quotidiano manifeſta, ergo.

Sexto arguunt hoc pacto, quælibet uis in medicamẽtis ſedem habet in ſubſtantia, & ſymetria, à qua reſultat actio illa & uis, qua præditum eſt medicamentũ, quæ ſi alteretur, corrõpitur et uis eius, Rheub. ergo uis integra, & incorrupta maior erit, dum integrum adhuc eſt, quàm cum ſeparatum per infuſionem, igitur nõ tanta uis in infuſo, ut in ſubſtantia eſt.

Septimo probant id etiam authoritatibus, & primo authoritate Principis, qui habet prima quarti Textu ſecundo cap. quarto, quòd clyſtere redditur debilius, ſi recipiat

cipiat infusum turbith, quàm si in substantia, ergo mens Auic. est quòd plus in substantia agant medicamenta, quàm ex diluto.

Octauo auctoritate Mesue in suo de simplicibus medicamentis cap. de Rheubarbarò, ubi habet, quòd igneitas perficit id, quod in terreitate Rheubarbari facit ipsum amarum. Arg.^t hac ratione. Solutiua uis in Rheubarbaro maximè est ratione suæ amaritudinis; Amarus enim sapor uim absterforiam habet, qua maximè fulcitur ipsa solutio. At illa est in terreitate, ergo in substantiæ mole, ergo plus soluit Rheubarbarum in substantia, quàm ex infuso.

Pluribus autem alijs utuntur rationibus, sed hæ sunt potiores, alias breuitati studentes ommittimus.

Iam uerò ad alterius positionis rationes deueniamus, Probare similiter nituntur, quòd Rheubarbarum in substantia non tantum purgantius sit, quàm eius infusum; Verum etiam, (quod absurdius uidetur) magis aperiat obstructiones. Argmentantur igitur sic.

Primo Rheubarbarum abstergit in substantia, ergo aperitiuum est in substantia; Patet assumptum; quoniam abstergere, & aperire sunt eiusdem generis, ut Probat Auer. quinto Colliget cap. nono, & Hal. secundo Practi. cap. duodecimo. Nec medicinæ abstersiuæ differunt ab aperitiuis, nisi quòd aperitiuæ penetrãt

sua

sua ui acuta & ignea internas magis partes; Absterſiuæ uerò non penetrant, ſed hærent locis, quæ debent abſtergere, idcirco hærentia illa iuuat, ac per hoc operit magis.

Secundo Abſynthiū aperit opilationes Hepatis, quia ut dicebat Auer. eodem loco. Stipticitas iuncta cum rebus aperitiuis retinet eas iuxta meatus, donec functæ fuerint ſuo aperiendi munere, ſed Rheubarbarum cum ſtipticitate eſt, ergo iuuabitur magis uis eius aperitiua, præſertim eo intus ſumpto.

Tertio Auic. quarta primi cap. uigeſimo quarto, in calce inquit. Si in aperitiuis medicinis ſtipticitas, & ſubtilitas coniungetur, erit melius, quoniam ſtipticitas remouebit à membro ſubtilitatis grauamen. Rheubarbarum ergo quod coniunctam habet ſtipticitatem cum ignea & ſubtili, melius erit ex ſententia Principis.

Quarto ſtipticitas iuncta cum re aperiente facit, ut magis penetret, ut patet de Oleo Roſato, quod magis ingreditur poros corporis, quàm oleum ſimplex, ut notat Gal. tertio de ſimplicibus, & Auic. quarta primi cap. decimo octauo. Idem etiam in Coriandro notatur. Rheubarbarum igitur cum huiuſcemodi ſit, in ſubſtantia magis ingredietur poros, ac per hoc magis aperiet.

Quinto. Vbi maior obſtructio, ibi maiori apertione opus eſt, ſed in obſtructione craſſæ bilis damus in

ſubſtantia,

ſubſtantia, in tenuioris uerò in infuſo, ut paßim omnes Practici utuntur. Igitur in ſubſtantia magis aperit: Quod etiam patet, quia in cronicis morbis damus Rheubarbarum in ſubſtantia, non in infuſione; Cronici autem morbi maiori indigent apertione, quia ex materia frigida infarciente.

Sexto, Plus moratur in corpore Rheubarbarum in ſubſtantia, quàm infuſum, ergo maius ocium habebit, quo poßit ſua ui tollendi obſtructiones fungi, ergo magis aperiet; nam à longitudine moræ in agentibus maior fit impreßio in paßis.

Septimo Euforbium & ſpica exhibentur in ſubſtantia, non in infußione ergo.

Octauo. Membris principalibus melius in ſubſtantia, quàm infußione ex ſententia Principis, cum igitur rarò accidat, quin aliquod membrum principale non ledatur, cum indigemus Rheubarbaro, ergo rectius in ſubſtantia tolletur obſtructio in his. Et hæc ſunt, quæ probare uidentur omnino Rheubarbarum magis in ſubſtantia exhibitum aperire, quàm in diluto. Iam uerò uidẽdæ ſunt rationes oppoſitæ his, & conſiderandæ diligenter utraq́;, ut poßimus ueritatẽ in re tãti momẽti elicere.

Qui igitur probare nituntur totum horum oppoſitum, ſic arguunt.

Primo Aduerſus primam poſitionem, nimirum eam

quæ

quæ nititur demonstrare Rheubarbarum in substantia magis solutiuum esse, quàm ex diluto. Rheubarbari pars solutiua illa est, quæ in parte magis exteriori ignea, & aerea, quàm in crassa & terrestri, ut dicit Mesue lib. de simpl. cap. de Rheubarbaro, & cæteri omnes, qui de illo meminerunt, sed illa in diluto elicitur, quod patet ex eodem Mesue, et ex Galeno in capite de braßica, Etiam ex sapore; Nam ubi facta expreßio est, Rheubarbarum, quod remanet, insipidum est, et nullius uirtutis, et ut dicebat etiã Gal. in tertio de Alimẽtis tota uis in aquã trãsfertur. Dilutũ autem eius amarum, & acutum sentitur, ut patet gustantibus. Igitur non ratione substantiæ terreæ, sed igneæ Rhubarbarum soluit, ergo substantia magis impedire uidetur, quàm solutionem adiuuare: Infusio uerò oppositum facere.

Secundo Rheubarbarum in substãtia datur ad constringendam aluum, ut patet in Dysenteria, omnes enim concedunt, & Auic. decima sexta tertij cap. quarto dicit, ex retinentibus fluxũ est omne illud, cuius substantia & corpulentia est dura, & nocet ei, quod liquidum est ex sorbitionibus. Infusum uerò ad soluendum, ut declarat Mesue in cap. proprio, ergo plus soluit infusum, quàm substantia.

Tertio Medicamentum solutiuum magis lubrico tuatur, quàm styptico, hinc Hipp. corpora cum quis purgare &

gare &c. *Et alibi multo cibo & potu humectanda, quia lubricum per se soluit, tantò magis cum aliquo habē te uim solutiuā, sed infusum est eiusmodi respectu substātiæ siccæ, habet enim aquæ, quæ humidißima, & fluxilis est simpliciter non alijs cōparata, ut dicebat Gal. primo. de Elem. et tertio de tēperamentis igitur infusum, &c.*

Quarto. Medicina, quæ citò exit in suam operationem, maioris est uirtutis, quàm quæ tardè; Nam Quodlibet agens quo fortius est, citius in agendo aßimilat sibi passum, sed Rheubarbarum infusum citius soluit, quàm in substantia quia citius à natura actuatur, & in uapidā substantiam transit, qua fertur ad tractionem humorum, ergo maioris est uirtutis, ac per hoc magis soluit, In substantia enim non ita citò, cum non sit ratione suæ siccitatis uaporabile, nec tam cito poßit in actum à calore reduci naturali, igitur infusum magis soluit.

Quinto. Medicamentum, quod aptius est penetrare ad omnes corporis partes, aptius est ab eisdē trahere, et soluere cū quælibet actio fiat per approximationē agentis ad passum mediatè, uel immediatè ut Arist. primo de gener. tex. com. sexagesimo octauo, & nono Metaphi. tex. com. decimo, Sed dilutum ratione suæ tenuitatis & acuitatis, atq; etiam amaritiei (quæ omnes qualitates in ipso apparent) aptius est quàm in substantia, ergo salutiuum magis est. Multis alijs argumentis posset

hæc positio probari, sed hæc sufficiant. Iam ad secundã positionem, qua conantur ostendere, quòd Rheu. in substantia magis aperiat, quàm ex decocto, accedendum.

Primo arguitur in decocto acuitas, tenuitas, amaritudo sentitur in gustu. Gustus autem, ut dicebat Gal. sexto, & nono de Simp. & sexto de comp. Med. secundum loca, est uerus iudex in cognoscendis medicamentis; In substantia uerò crassities, & siccitas, ergo decoctum plus aperit.

Secundo. In pectoris dispositionibus, & alijs, in quibus indigemus dilatatione, nunquam in substantia, sed potius ex infuso, in intestinorum uerò affectibus, ut in dysenteria, in qua indigeamus adstrictione, semper damus in substantia, quod nemo est, qui neget, ergo infusum aperit magis.

Tertio. Lubricitas in Rheub. in infuso cũ aquæ tenuitate facit ad maiorem penetrationem, ut dicebat Gale. quarto de Vsu par. cap. quinto. Cum dicit de aqua, quòd licet ipsa non nutriat, tamen facit penetrare nutrimentum, hinc Aris. dicebat, quòd Vinum aquosum magis inebriat, quàm meracius, eo quòd sit propter aquæ admistionem factum magis tenue, et penetrabile & uaporabile adcaput, quæ tenuitas magis facit ad apertionem, igitur decoctum seu infusum præstat in aperiendo.

Quarto. Item infusum abluit sua humiditate fluxili,

abstergit

abstergit sua amaritie, quae iuuat expulsionem, etiã sua humiditate & lubricitate, quae dotes in substantia desiderantur, ergo aptius ad tollendas infarctiones, et ad reddendas uias purgatas, latas, & apertas infusum est, quã ipsius substantia.

Quinto. Mesue apertißimis uerbis ostendit in cap. de Rheubarbaro, cum comparat infusionem ipsi substantiae, quòd eius infusio competit quandò solum quaeritur abstersio, & solutio, & opilationum apertio, quae sunt uerba Mesue, igitur &c.

His positis pro huius quaesiti declaratione nonnulla adnotanda sunt prius, quae probabunt primas Positiones penitus falsas esse, & omnino credendum Rheubarbarum minus soluere, et aperire in substantia exhibitum quàm in infuso & decocto, Postea uerò ad refellenda prima argumenta, quae falsa esse credimus, accedemus. Primo enim consideranda est natura Rheu. Secundo quid infusio praestet siue decoctio in medicinis. Tertio quo nam pacto uis astringens in medicinis solutiuis adiuuet solutionem, & apertionem, uel impediat.

Primo ergo si naturam Rheubarbari rectè inuestigare uolumus, Rheu. inquam illius, de quo hîc ambigitur, nempè uulgaris, quo ferè omnes Medici hodie utuntur, ea profectò non petenda est à Gal. uel Diosco. uel huiusmodi Graecis Veteribus; Quandoquidem ipsi Rheu.

 hoc

hoc nostrũ cognouisse nõ uidentur, ut rectè dicit Auer. quinto Collig. dum numerat Rheu.ᵐ inter Medicamenta ignota antiquis, quicquid dicant Manardus, Ruuellius, & nonnulli qui credunt Rheu.ᵐ idem cum Rheupõtico Græcorum; Nam ut aliâs multis rationibus ostendimus, dum publicè tractaremus de Theriaca, longo interuallo differre Rheu.ᵐ à Rheup.ᶜᵒ ut etiã lõga disputatione clarißimè ostendit Petrus Andreas Mattheolus in suis doctißimis Commentarijs in Dioscoridem. Petenda igitur est Rheuⁱ uis, & natura à Ioanne Mesue, qui longè exactius et diligentius quàm quiuis alius in suo lib. de simplicibus. De Rheu.ᵒ mentionem facit, cuius uerba huc fideliter transferenda duxi, ut ex eo, quod sentiendum sit de Rheubarbari natura, et uiribus, unusquisq; proprio iudicio acquiescat, uerba Mesue hæc sunt.

" *Rheubarbarum calidæ & siccæ complexionis est in*
" *secundo gradu, & dicitur quòd est in primo, sed illud est*
" *uerius, conuenerunt autem in permistione eius aqueitas,*
" *& terreitas, dantes ei stipticitatem, & substantiam, et*
" *aereitas, dans ei raritatẽ substantiæ, & est in eo ignei*
" *tas perficiens quod per actionem eius in terreitatem ip-*
" *sius, ipsum fecit esse amarum; uerum terreitas est secun-*
" *dum profundum eius, & igneitas est in superficie ipsius;*
" *quapropter infusio separat inter substantias ipsius, et cõ-*

pletio,

" pletio operationis solutionis in oppilationem per ipsum
" est per dominium calidi in superficie eius, & consecutio
" cõtractionis per ipsum est à substãtia sua terreà stiptica.
" Et eius quidem, quod purum est, infusio competit,
" quando solum queritur absterso, & solutio, & opilatio
" num apertio. Et ipsius contriti exhibitio quando quæri-
" tur, ut post illam in uisceribus uestigia contractionis re
" remaneãt. Verum ex eo quod assum est uehemẽtius fit
" illud, & adhuc uehementius ex adusto, & quod ex eo est
" purius, sustinet quod oportet, et de contritione meretur.
" hactenus Ioannes Mesue.

Ita clara mihi uidetur descripta natura Rheubarbari à Mesue, ut mirum sit quomodo quispiam (si eius dictis standum est) in opinionem uenerit, quòd Rheu.m in infusione minus quàm in substantia soluat, & aperiat. Est igitur Rheu.m ut diuersarũ partium, ita diuersarũ facultatum, nimirum astringentis, & aperientis, & purgantis, & hæc de primo annotando,

De Secundo ergo quod infusio præstet in Rheubarbaro probè habere possumus ex uerbis Gal. in tertio de alimentis libro, per hæc uerba. Corpus.n. solidum quod
" in aqua elixatur qualitates, quæ intio sibi inerant, in ea
" deponit, sic ut qualitatis expers euadat clarius autem hu-
" ius rei ueritatem intelliges, si quando quod elixas in aliã
" aquam transfusum, secundo, & tertio recoquas, inue-

nies

" nies quippè id quod decoquitur propriam amisisse quali- "
" tatem siue salsam, siue acrem, siue etiam acerbam, aquã "
" autem eam in se recepisse. "

Ex quibus uerbis luce clarius ostenditur, quod infusio seu decoctio separat a medicamento qualitates, & recipit eas in se ipsam, id quòd etiam de Rheu.^ni^ infusione omnino credendũ esse nemo est, qui ire possit inficias Hanc ob causam dicebat Aristotiles quarto Metheo. uigesimo octauo carnem elixam sicciorem esse carne assata, propterea quod aqua in decoctione penetrans poros carnis propriam ipsius humiditatem eliciat, ac in se ipsam transferat, ac per hoc carnem sicciorem (quantùm spectat ad propriam humiditatem) reddat licet eam aduẽtitia humiditate molliorem, & humidiorem faciat. Modus autem decoctionis haberi potest ex Gal. septimo de comp. med. secundũ loca cap. secundo ubi de artheriacis Andromachi agit cum iubet post simplicium decoctionem eorum substantiam ut inutilem proijci, & seruari eam in qua substantiæ præfuerant aquam, quod autem in decoctione seruetur omnino uis aliqua præsertim solutiua declarat Gal. manifestissime tertio de simp. med. facul. cap. quinto per hæc uerba. Quòd uero brassica duas habeat contrarias facultates neq; id quidem facile concedimus nam si succum eius expræssum, aut solum, aut cum melle auserimus expurgare ipsum cernimus, attamen

quoniam

" *quoniam quod reliquum est edere nequeamus adstricto-*
" *rium esse diffidimus, sed si totam cōcoquas primamq; eius*
" *aquam in quam succum deposuit effundas iterumq; eam*
" *alteri aquæ puræ inijcias, rursusq; concoctam eximas,*
" *succum quidem purgare offendes, Brassicam autem ip-*
" *sam uentrem astringere, multoq; magis si non bis tantum,*
" *sed & ter & quater aquam effuderis, nam quanto exqui*
" *sitius in aquam succum suum deposuerit tanto & illi qui*
" *dem maiorē purgandi uim addet, et reliquā eius substan*
" *tiam quæ ueluti oleris ipsius caro est astringentem effi-*
ciet. Ex quibus uerbis Gal. non solum patet modus de-
coctionis, sed etiam ostenditur, quod in decoctione pars
simplicium solutiua in aquam transfunditur remanente in
partium substantia astrictione, sed quis quæso idem in
Rheu.º cōtingere negabit? Non ne eadem ratio utriusq;
est? Cæterum hoc ipsum manifestius expræssit Gal. eo
dem loco paulo inferius de Aloe dicens, quod non lota
" *Aloe purgat, lota autem ut pote quæ in lotione purgan*
" *tem uim deposuit non purgat,* & hæc de secundo.

De Tertio nimirum quid astrictoria uis si cum soluē
te coniungatur faciat, an se uti contraria inuicem expel-
lant, an iuuent potius. Audiamus Galenum hanc quæ-
stionē optime declarantem, secundo de alimentis cap. ui
gesimo primo, ubi loquens de malis hæc habet uerba.
" *Perspicuum porro ex his quæ sæpe diximus est, quod*

astringentia

" astringentia quidem quantum in ipsis est alui deiectiones "
" semper coibent, & quarto de comp. med. per genera cap. "
quinto ultra mediũ clarius per hæc uerba. Omnia igitur "
astringentia contrahunt ac densant meatus ad hæc uin- "
" ciunt ac continent partium eis adherentium substantiam, "
" atq; minus magisq; hoc pro astrictionis quantitate effi- "
" ciunt. Cæterum stringendo & densando summa corpo "
" ris quod astringitur uirtus illorum excluditur & in al- "
" tum ire prohibetur, ob quam rationem pulchre non nulli
" medicorũ huiusmodi pharmacis alia subtilium partium, et "
" acri potestate prædita indere cogitarunt, à quibus uelu-
" ti ductæ astringentium uires in profundum corpus perue
niant. Ex quibus uerbis habetur quòd astringentia omnia, cum his quæ tenuia sunt, mixta (qualia esse in Rheubarbaro manifestissimè deprahendimus) non modo aperiunt & astringunt, uerùm etiam penitius, & in profundum magis astringunt, ut potè quæ à tenuibus intro ducantur, nõ quòd tenuia ab astringentibus in penitiores ducantur pates, nam & Gal. tertio de simp. med. facultatib. cap. tertio hoc ipsum per hæc uerba asseuerat.
" Atq; in hisce utriusq; substantiæ mixtura clarè perspici
" tur, at in alijs etiam si non appareat tamen eam rationẽ
" colligere oportet, ac non putare aliud in Aloe adstri-
" ctionem moliri, aliud in malo, unum .n. in omnium effice
" re pro sua natura non astrinctionem modò, sed & alia-

rum

rum qualitatum unamquanq; rationi consentaneum est. hæc Gal. Cuius uerbis, quis est, qui non aquiescere debeat? & qua nam ratione possumus in Rheu.° astrictiuam uim imaginari, quæ non semper astrictionem moliatur, quomodo ergo non solutionem impediat & apertionem. Cæterum quoniam leguntur apud Galenum in sexto de comp. medic. secund. loca cap. primo, ubi de croci, et myrrhæ mixtione agit, quædam uerba quæ uidentur quoquomodo innuere astringentem uim adiuuare apertionem, audiamus uerba Gal. quæ hæc sunt. Penetrat
" *enim magis in altum corporum myrrha quàm crocus, ut*
" *potè substantiam tenuium partium habens, atq; ex hoc*
" *duplicem utilitatem exhibet, simul introducens quidem se*
" *cum uires admixtorum, & persanans usq; in altum inflã*
" *mata, & tamen adiuuant se mutuo Crocus quidem uelu*
" *ti impellens Myrrham, Myrrha uerò ueluti dux præce-*
" *dens peditem sequentem Crocum, si ita licet dicere dedu-*
" *cens. Quemadmodum enim ob astringendi uim minus*
" *habet substantiam tenuium partium quàm Myrrha, sic*
" *Myrrhæ substantia tenuiori partium prædita, citius*
" *quidem uim suam in altum transmittit, citius item ad cu-*
" *tim recurrit simul secũ efferens ea, quæ in profundo sunt*
" *attenuata. Hanc igitur recursus eius uelocitatem impe-*
" *diunt astringentium mixturæ, non enim hoc solum facit*
" *Crocus, hactenus Gal. Exquibus uerbis habemus*

C quòd

quòd aſtrictio Croci impedit, ne aperitiua uis Myrrhæ regrediatur ad cutim condenſando cutis poros. Ipſa quidem croci uis aſtringens iuuatur ab aperiente Myrrhæ ui, in eo quod præit Myrrha aperiens uias, quas Crocus ſequitur, qui eo auxilio penitiores partes adit, ad quas ſi ne ui myrrhæ propter ſuam aſtrictionem nō penetraſſet: Crocus etiam iuuat quidem imppellendo Myrrham, prohibet tamen ipſa uis Croci, cum ingreſſa eſt, & partes pro ſua facultate aſtringit, & condenſat, ne Myrrhæ uis regrediatur ad cutim aperiendo. Quare licet in principio id quod aſtringit uideatur aliquo modo impellendo aſtrictionem facere ad apertionem, in fine tamen manifeſtiſſimè impedit regreſſum & apertionem. Ex his item habemus quòd non omnis aſtrictio conferat ad apertionē adiuuandam, ſed tantum quæ leuis eſt, ut Croci quidem adhuc illa ſua leui aſtrictione prohibet recurſum in fine, & aſtringit. Quid ergo dicendum de Rheu.[ro] quod tantam habet aſtrictionem in ſubſtantia, non ne magis & curſum, & recurſum impediet? non ne in infuſo illa leuis aſtrictio, de qua hic loquitur Gal. etiam reperitur? Hoc igitur modo ſi quæ ſint authoritates apud Gale. & alios interpretandæ ſunt, ea etiam ratione dixit Gale. quòd decoctio Iridis plus aperiat, quàm decoctio abſinthij, quod non eſſet, niſi in abſinthio plures partes aſtringētes eſſent, quàm in Iride, ſic intelligēdus Auer. et alij.

Sed

Sed quoniam isti adducunt locum Gal. tertio de simpl. Med. facul. cap. septimo in quo uidetur Gal. opinionẽ illorum fouere, sed uidemus locum illum potius contra ipsos esse, uerba Gal. hæc sunt.

" *Astrictionis enim natura est ut meatus occludere præ*
" *occupans uicinam substantiam ad se contrahens, consti*
" *pansq; , ijs quæ humectare ualent, impedimento existat,*
" *atq; adeò infirma est, ut in rosaceo, quæ ipsa uincatur*
" *potius quàm uincat tenues calidasq; rosacei particulas*
" *præuertere quidẽ nequit, sed ubi illæ altius penetrauerũt*
" *in ipsam iam tum superficiem agere incipit prouiribus cõ*
" *trahendo, constipando, & condensando, ex quo necessa-*
" *rio sequitur, ut quæ ingredi meatus anteuerterunt exigua*
" *corpuscula, intro propellantur, ac meatibus præclusis*
" *foras regredi inhibeant. hæc Gal.*

Ex quibus uerbis habemus quod ad humectandum, et ad penetrandum confert quidem astrictio, si leuis admodum sit, qualis in Rosaceo esse uidetur, quando quidem si uinceret astrictio non tantum impediret regressum qualitatis calidæ præeuntis, uerum etiam ingressum ipsum cogens, ac condensans poros, aditum ad penitiores partes esse nequaquam permitteret. sed quæso si ex leui astrictione dicit Gal. impediri regrèssum, quonam pacto fieri potest, ut ea, quæ in Rheubarbari substantia tam insignis reperitur astrictio, non etiam impediat uiam humo-

rum ne ad uentriculum trahantur? & qua nam ratione imaginantur isti, quod Rheubārbari uis astrictiua, quæ in substantia est, possit sua compræssione tam facilè con stringere maximas cauitates intestinorum, angustos uerò cæteros meatus, qui longè minori negocio comprimi possent, non etiam magis coarctet & occludat. Profectò uerisimile non uidetur istorum placitum, Quòd etiā astrictio hæc, quæ in medicamentis solutiuis aliquando reperitur, non modò non faciat ad solutionem & ad apertionem, imò potius impediat, est opinio etiam excellentissimorum medicorum, ut Gentilis de Fulgineo qui super quinto Auicen. in declaratione Electuarij de xyloaloe; ubi de dosibus agit medicinarum, hanc dat regulam. Quòd quando cum solutiuis stiptica ad miscemus, tunc solutiua ipsa exhibēda in maiori dosi sint quàm si simpliciter exhiberemus, si uerò ea admiscentur, quæ solutionem adiuuant, tunc in minori dosi exhibenda sunt, uerba eius hæc sunt.

" *Aliam autem regulam dederunt in dosium medici-*
" *narum compositarum exhibitione, & est, quòd cum ali*
" *quo solutiuo ponuntur res, quæ eius uirtutem minuunt, de*
" *bet dari dosis maior, sed quando ponuntur res, quæ eius*
" *uirtutem augēt, debet dari dosis minor; exemplum primi,*
" *quando cum scamonea adduntur stiptica, ut Myrabola-*
" *ni, licet iuuent soluendo coleram. Exemplum secundi; ut*

quando

" *quando cum Scamonea addetur Euphorbium, & hæc*
" *est regula bona, hæc Gentilis.* *Ex quibus uerbis luce clarius habetur nos posse facile inferre, quòd si stipticitas in Myrabolanis, qui dicuntur non minus Rheubarbaro soluere comprimendo, impedit solutionem; uerisimile etiam sit ut in Rheubarbaro stipticitas impediat solutionem.*

Eandem sententiam uidetur habere Aggregator in tractatu secundo cap. centesimo tertio, post medium,
" *qui loquens de Myrabolanis inquit, & quando uolumus*
" *Myrabolanos præparare ad dandum in potu, terantur,*
" *& infundantur in acqua calida, & colentur & proician*
" *tur super colaturam zaccara, & tereniabim, ad repri-*
" *mendum stipticitatem eorum.*

Et paulo infra loquens de eisdem inquit.
" *Et qui uoluerit addere in bonitate præparationis eorũ,*
" *coquat ipsos cum prunis, & Sebesten, & Iuiubis, &*
" *tribuat, quia in istis medicinis est uiscositas, quæ reprimit stipticitatem Myrabolanorum, hactenus Aggregator. Sed quid clarius potest dici contra ipsos, nonne & ipsi Myrabolani maximè cum Rheubarbaro conueniunt in duplici uirtute, nempe solutiua, & compræssiua? quomodo ergo uis compræssiua in Myrabolanis impedit solutionem, in Rheubarbaro uerò nequaquã? Sed & clarius idẽ sentire uidetur Conciliator diff. cxxxxiii.*

ubi

ubi de Rheub.º ipso tradit exemplum per hæc uerba.
" *Eodem modo medicinarum uel uigorantur, aut destruun*
" *tur, aut minores redduntur actiones, cum unà cõiungun-*
" *tur. Exemplum primi est associatio Turbith cum*
" *Zinzibere, ut tactum est prius, aut Epitimi cum Pipe*
" *re, aut Rheu.ⁿ cum Bolo armeno, in Rheub.º enim in*
" *est uirtus contractionis fortis, sed cum hoc uirtus aperi-*
" *tiua minuens illius operationem, unde si misceatur cum*
" *Bolo armeno, aut Acacia contrahit uehementer,* Quæ quidem grauissimi uiri uerba ostendunt Rheub.ⁿ astrictionem non leuem, ut in croco & rosacceo, & absinthio erat, sed ualidam, & fortem, ut uim eius, qua aperire potest, impediat, cuius rei indicium esse potest, dum ijs, qui fluxu uexantur, exhibetur.

Cæterum quod dicunt de medicinarum uirtutibus, quòd non se impediant in actionibus, intelligendum est non quidem de omnibus uirtutibus, nam quis neget uirtutes manifestas, qualis est compræssiua in Rheub.º non se inuicem cum contrarijs uirtutibus se impedire? Intelligitur ergo id tantũ de occultis, licet et illæ aliquo modo se impedire uideantur; exempli causa, cum duæ medicinæ admiscentur, quarum altera citius, altera tardius suam faciẽt operationẽ anteuertendo, uel retardãdo alterius actionẽ.

Cæterum in medicamentis si quæ sint, quæ se inuicem per qualitates contrarias manifestas ponant, & perimant,

rimant, perpetuò altera alteram impediet; quis ergo in casu nostro neget compræssiuam uim in Rheub.^ro Myrabolanis & eiusmodi? aperitiuæ & solutiuæ facultati non perpetuò ad uersari? Quòd autem compræssiua uis quædam sit manifesta, tum probari potest ex sexcentis locis Gal. tum ex eo quòd in Myrabolanis, quorum genera uniuersa comprimunt, cum tamen occulta ui hi quidem pituitā, illi bilem, uel Melancoliam purgēt, in hoc enim differre uidentur uires occultæ à manifestis, quòd manifestæ quidem si putà calidos iuuent, exempli gratia frigidos omnino lædent, ut clarissimè declarat Gal. in octauo de compo. medica. secundum locos cap. nono, per hæc uerba.

" Coclearum trium carnem probè terito, & affusi ui-
" ni nigri cyathis tribus calfacito, ac bibendum dato: uiden
" tur autem hæc iuxta totam substantiam efficacia esse nō
" secundum unam, aut aliam qualitatem, quale est & lupi
" num hepar, cuius abunde experimentum habemus; Et
" paulo infra ait, & ob id talia pharmaca omnibus intem-
" peraturis conuenire uidentur, ut quæ ex substantiæ pro
" prietate cōmoditatem de se exhibent, et neq; calidas, neq;
" frigidas intemperaturas ledant. In Rheubàrbaro igitur cum compræssiua uis non sit ex his, quæ à tota sunt substantia sunt, perpetuò aperitiuæ & solutiuæ aduersabitur.

Accedit

Accedit ad hoc, quòd cum uirtutes naturales suas exercent operationes per qualitates primas tanquam per propria instrumenta, nam uirtus Attractrix per calidum & siccũ agere uidetur. Retentrix uerò uis frigiditatem, & siccitatem pro instrumento habet. Concoctrix uerò facultas per calidum & humidum in suam exit operationem, Expultrix uerò uis, qua in solutione maximè indigemus, frigidum & humidum pro instrumento habet, atq; hæc perpetua sunt in naturalibus istis uirtutibus, & operationibus, ut uno ore omnes tum Philosophi, tum Medici consentiunt.

Si igitur instrumentum uirtutis expulsiuæ est humiditas, & frigiditas; quid prohibet quin aquæ humiditas, quæ in infuso est Rheu.^ro iuuet ad expellendum? Et quo nam pacto siccitas, quæ in eius substantia reperitur, quæ retentricis potius est instrumentum, nõ impedit ipsam expultricem? hæc profectò absurdiora sunt, quàm ut multis alijs rationibus et authoritatibus refelli mereantur. Quare ijs tantũ in præsentia breuitati studentes usos nos esse sit satis. Reliquum uerò est, ut pro exacta ueritatis declaratione hic referamus nonnulla breuissimè tamen, & per capita, quæ malè ab ijs, qui primam positionem sustinere tanquam ueram uolunt, fuerunt assumpta, à quibus prauè intellectis ueritati, experientiæ, & communi usui contradicere ausi sunt.

Primum

Primum quod male assumunt est, quòd ab aliis, præter quam à Mesue testimonia de Rheubarbaro male citant, cum nullus Mesue exquisitius, & exactius fuerit de Reubarbaro loquutus, malè ergo confundunt cum Reupontico Rheubarbarum nostrum.

Secundum quod perperam assummunt est, quòd in Rheub^ro uim esse solutiuam, et ipsam compræssiuam credunt, quæ, ut probatum est, omnino opponitur solutioni, & apertioni.

Tertio quia malè cõceperunt causam in Absinthio & in Oleo rosaceo, quare rosaceum plus aperiat, quàm simplex oleum. Credentes id contingere merito stipticitatis in rosaceo repertæ, quod probatum est esse absurdissimum, & potius tenuium partium ratione.

Quartò quod credant indifferenter astrictionem iuuare ad aperiendum, cum probauerimus, quòd non qualibet astrictio; sed tantum leuis, qualis est in rosaceo, Absinthio, & Croco, aliquod præstet in aperiendo auxilium. Nam intensior astrictio si sit, eam omnino impediet.

Quinto quod non animaduerterunt, quòd etiam in infuso sit astrictio quædam, illa scilicet qualis debet esse si apertionem iuuare debeat.

Sexto quod malè item conceperint causam, quare stiptica admiscere soleamus in medicinis, quæ hepatis ue-

nas obstructas aperire debent. Nam non ut iuuemus apertionem, sed in membris principalibus admiscentur sti ptica attenuantibus ne(ut Auicennæ utar uerbis)subtili tatis grauamen noceat membro principali ipsum relaxãs, & dissoluens.

Septimo quòd non bonam faciunt comparationem in applicando regulam dosium medicinarum, dum dicunt, datur Rheubarbarum in minori dosi in substantia, quàm in fusum, ergo minus erit solutiuum. Nam non seruatur in hac comparatione eadem quantitas utrinq;, cum in infusione non totum Rheu.^m dissoluatur, sed tantum partes tenues cum aliquibus astringentibus si enim totum dissol ueretur non esset addenda illi dosis imo solum magis adhuc solueret.

Octauo quod assumunt falsò. Aquæ humiditatem infuso ad mixtam, & perfluam, nihil facere ad solutionẽ & penetrationem. Vltimo quia dicunt uirtutes medicinarum se inuicem non impedire, quod non est uerum uniuersaliter, nam id contingit tantum in uirtutibus occultis atq; in eisdem nõ semper. Sed iam his declaratis dicemus quid sentiendum nobis uideatur per has quatuor positiones.

Prima compræssiua uis non solùm in Rheubarbaro: sed in quibuscunq; siue simplicibus, siue cõpositis reperta, quantũ in se est aperitiuæ et solutiuæ penitus aduersatur.

Secunda

Secunda positio est, Rheubarbarum cum sua substantia corporea exhibitum principio quidem leuiter, postea uerò uehementer astringit.

Tertia cum partes Rheubarbari quæ in aquam ex infusione transferuntur, sint magis igneæ & aereæ ac per hoc tenues plus aperiunt, & soluunt.

Quarta ideo duplicatur dosis in Rheub.^n infusione; quia non tota Reubarbari, uis ex infusione elicitur.

Omnium harum positionum ueritas latæ patet ex superioribus adnotatis. Opportunum igitur iam erit argumenta pro prima parte adducta dissoluere, & tandem finem dicendi facere.

Ad primum igitur argumentum primæ positionis, cum dicitur, quòd duplici ut soluat Rheubarbarum.

Respondemus quod uirtus compræssiua impedit quantum ex se est semper uti diximus, tamen iuuat per accidens corroborando membra, et comprimendo ad expulsionem, dico tamen quòd ea ratione constringit etiam uenas, & cæteras uias angustas unde humores euacuandi debent transire, & ea ratione impedit regressum ad stomachum, ut dicit Gal. præsertim cum ualida sit ista uirtus cõpræssiua in Rheub.^ro ut dicit Conciliator. Ad hæc in infuso etiam est duplex uis. Nimirum lubrificatiua, & humectatiua, quæ ut diximus est instrumentum proprium deseruiens ipsi expulsioni quæ merito humiditatis, & fri

giditatis celebratur, non ſiccitatis aliquo pacto, quæ in Rheubarbari ſubſtantia reperitur, infirmum ergo argumentum eorum eſt.

Ad ſecundum cum dicitur, quòd doſis Rheubarbari in ſubſtantia cum ſit minor, arguit quòd magis ſoluat, quàm ea, quæ in decocto eſt, quæ duplicatur.

Reſpondendo, ut in quarta poſitione, quòd ideo duplicamus doſim in infuſione, quia non poſſumus elicere totam uim ſolutiuam in Rheub.^ro diluendo ipſum, nam ſi poſſemus, utiq; doſim eius non augeremus: ſed quia inquit Gal. ſemper aliquid remanet in ipſa ſubſtantia diluta, quam ſi ter et quater decoquas magis in dilutũ ipſum illã trãſferes. Id circo duplicamus doſim, ut ſuppleamus uicem illius portionis, quæ poſt dilutionem ſubſtantiæ medicamenti relicta eſt, & ſic non ualet argumentum aduerſariorum.

Ad Tertium cum probant Rheu^ri ſubſtantiã ideo plus euacuare, quia maiorem moram trahens in ſtomacho, maius ocium euacuandi habet.

Reſpondendum quòd argumentum hoc reflecti poteſt contra ipſos, nam tarditas illa potius uidetur arguere debilitatem uirtutis ſolutiuæ, cum illa uirtus cenſenda fortior & ualentior in agendo ſit, quæ citius ſuam perficit operationem uincendo reagens paſſum, & cito aſsimilans ſibi ipſum; hinc ſolent Medici dicere Rheubarbarum,

rum, & Mannam tardæ operationis esse quoniam leues sunt medicinæ, leuius est igitur in substantia Rheubarbarum; atq; id, quoniam Rheub.m in substantia propter suam crassitiem condensat poros, nec ita penetrat ad loca, unde fieri debet euacuatio, quod non contingit in infuso.

Ad quartum cum dicitur quòd difficiliores ad euacuandum humores trahat in substantia.

Respondendum quòd ideo dicitur euacuare difficiliores humores, non quia efficacius, sed quia lento modo, et sensim euacuat. Nam a forti medicamento propter lentorem humorum potius conuelleretur corpus quàm educerentur humores. Nam & infusum etiam duceret crassos humores, si tam longo tempore retineretur in stomacho, uel si humores obedirent euacuationi eius citæ, tarditas igitur illa in euacuando, & debilitas uirtutis, facit ad faciliorem crassorum humorum eductionem, nam lentus humor lento modo trahendus est, & sic aduersariorum ratio nulla est.

Ad Quintum, quod probabat plus ducere substantiam, quia fortioribus naturis dabatur, quam infusum,

Respondendum quòd medicamenta aliqua licet sint debilia in euacuando, sunt tamen aliquandò ualida in lædendo, exempli causa. Illud dicitur Medicamentum magis lædens alio, cum post operationem illius adhuc potest.

test lædere corpus adherendo intestinis, & aliquam noxam inferendo, licet igitur Rheub.m sit leuius quantum ad uim solutiuam, tamen quia non ita cito pertransit, ut infusum, sed diutius in corpore remanens aliquid medicamentosum relinquit, quod omnino lædit corpus; Et licet dicant isti, quòd relinquit Rheub.m uestigium stiplicitatis, ac per hoc roboret naturam, tamen si credimus Gal. in lib. de optima secta. nullum medicamentum usq; adeo benignum est, ut aliquam noxam in se non habeat, datur ergo naturis debilibus infusum, ut minus noceat nihil noxæ relinquens, fortibus uero in substantia, quia possunt melius ferre noxas relictas à medicamentis.

Ad sextum quod corrupta integritate medicamenti corrumpitur & symetria, & forma illius.

Respõdemus negando assumptũ, quòd infusio licet separet formas alias, non separat tamen indiuisibilem illam quæ resilit ex perfecta elementorum commixtione, alioquin perirẽt multiplices modi exhibendi medicamenta; et tunc cogeremur omnia exhibere in substantia, præterea sequeretur, quòd succi medicamentosi minoris efficaciæ essent, quàm ea, ex quibus educerentur, id quod uerè absurdum est.

Ad Septimum de Coloquintida, quæ infunditur tanquam leuius medicamentũ in diluto, quã in substãtia.

Respondendum ut superius, quòd nõ ideo Colocyntis

tis exhibetur in diluto ab Auicenna, quòd minus soluat, sed quia leuius idest nõ tantam intestinis inferat noxam, nam si in substantia datur, post solutionem etiam relinquit noxam abradendo intestina sua adherentia, & corpulentia, nam aliud est plus soluere, aliud plus lædere.

Ad Octauum, quòd amaritudo fundetur in substãtia sicca ideo magis abstergat substantia.

Respondendum, quòd in diluto etiam est insignis amaritudo, quæ cum sit in subiecto fluxiliori, aptior erit ad abstergendum, & aperiendum non solum superficies, sed internas etiam partes, ac per hoc maiorem faciet solutionem, quoniam ut probatum est in decocto amaritudo tollitur à substantia, ita ut remaneat omnino insipida, ut patet experientia, & sic non ualet ratio eorum: Atq; hæc sint, quæ ad primæ positionis argumenta dissoluenda sint satis. Iam uerò ad alterius positionis deuenientes eodem modo rationes refellere tentemus.

Ad primum cum dicitur, abstergit magis, ergo aperit magis, quia abstergere, & aperire non differunt.

Respondeo, quòd amaritudo cuius proprium est abstergere, & radere superficies corporum, reperitur etiã in infuso Rheubarbari: quamobrem quantum spectat ad operationem, amaritudo, quæ est in infuso, longe præstat; nam ipsa non solum adhæret superficiebus, sed etiam altius penetrat, in substantia uerò tantum hæret orificijs,

nec

ne: simul tunicas uasorum abstergit, & aperit ut infusum, inualida igitur ratio illorum est, ut paulo ante dictum est.

Ad secundum in quo dicit de absinthio ex authoritate Auerrois, quod iuuet iuncta stipticitas donec suo functæ fuerint aperiendi munere.

Respondemus, quod non est par ratio, nam Absynthium non habet tantam adstrictionem, quantam habet Rheub.^m in substantia, & propterea potest aliquo modo iuuare adhærendo superficiei, & retinendo uim aperitiuam, quousq; suo fungatur munere, qualem etiam leuẽ adstrictionem non auferimus nos à Rheubarbaro infuso, imò in illo est stipticitas aliqua leuis, quæ idem præstat, quod præstat leuis adstrictio in absynthio, & oleo rosaceo, quæ si esset intensior, & uinceret partes tenues, tunc nullo pacto penetraret, imò antequam partes tenues penetrarent, adstrictio illa intensa præuerteret astringendo, & occluderet (ut inquit Gal.) poros, ac nõ modo regressum, sed ingressum illum prohiberet, atq; ita non est par ratio, neq; similitudo de Rheubarbaro, quòd intense astringit; & male imaginantur isti, quòd in infuso non sit aliqua adstrictio, quæ tanta est; quæ iuuat eo modo, quo dicit Gal. de rosaceo, & sic cessat argumentum illorum.

Ad tertium Auicennæ, qui dicit, quòd si in aperti

tiuis

tiuis medicinis stipticitas, & subtilitas coniungatur erit melius &c.

Respondemus, quòd uerba Auicennæ, in eo loco longè aliud uolunt, quàm id quod isti probare intendunt. Nam Auicenna in eo loco dans regulas in obstructioni bus aperiendis obseruandas; inquit caue ne tu des nimiū aperientia, nam illa nimium resoluunt partes tenues, & quod reliquum est in lapidem uertunt, propterea si tu ha bes nimium resoluentia, & subtiliatiua, addenda sunt illis stiptica, ut remoueant à membro subtilitatis grauamen, quod est nimia resolutio, & apertio; ergo non uult Auic. hic ostendere, quod stipticitas iuncta cum subtilitate magis aperiat, imò totum oppositum, hoc est ut pro hibeat grauamen hoc est noxam, quàm inferunt nimium attenuantia, & aperientia, ut patet ex uerbis Auicennæ, quæ hæc sunt.

" *Cum ergo resolutio fortis est necessaria, succedat ei*
" *lenificans subtile cum materia, in qua non sit grossities,*
" *sed sit in ea càlor temperatus, qui iuuet in resoluendo to*
" *tum illud, quod est oppilatiuum, & ex oppilationibus*
" *quidem peiores sunt oppilationes uenarum, & deterio*
" *res eis sunt illæ, quæ in membris existunt principalibus,*
" *ergo cum in aperitiuis stipticitas, & subtilitas cōgiungen*
" *tur erit melius, quoniam stipticitas remouebit à mem-*
" *bro subtiliatiui grauamen.*

Ad Quartum de oleo rosaceo, quòd magis ingredi tur poros quàm oleum simplex, ut dicit Gal.

Respondemus, quod iam solutum est hoc argumentum, & diximus quòd non est par ratio in adstrictione Rheub.ⁿ & olei rosacei; nec uerum est, quòd penetratio, quæ est in oleo rosaceo magis quàm in simplici oleo sit merito adstrictionis rosæ; Nam illa potius impedit dicit Gal. ad penetrandum, sed est ratione partium tenuium, quæ reperiuntur in rosa, quæ uincunt (ut dicit Gal.) adstrictionem in rosaceo, nam si tenues partes uincerentur nullo modo fieret penetratio olei. Præterea ut diximus illa leuis astrictio rosacei, quæ facit non ut penetret, sed id, quod penetrauit, retineatur, reperitur etiã in infuso Rheub.ⁿ & propterea non solum Rheu.ᵐ infusum aperit penetrando, sed etiam ex leui astrictione, quæ in illo neganda non est, si credimus Galeno, qui dicit, quòd in aquam per decoctionem transfertur non solum acredo, & salsedo, sed etiam acerbitas ipsa, ut in tertio adnotandum diximus. Quare inutilis est hæc argumentatio.

Ad Quintum ubi dicitur, quod in maiori obstructione nos damus in substantia, ut quando damus pilulas in morbis cronicis.

Respondemus, quod iam solutum est argumentum, cum declarauimus, quod ad obstructiones ob materiam

crassam

crassam, & lentam, utimur istis medicamentis solidis, et quæ diu retineantur in stomacho, non quòd ista medicamenta magis penetrent, sed quòd maiorem moram trahentia in stomacho lentius trahunt, ac humores lenti, & crassi, qui non ferunt uehementem, & citam solutionē, quia non sunt facile propter suum lentorem obsequiosi, lento modo trahantur, & non conuellantur, & ea est potissima causa, quare in cronicis morbis utimur pilulis; sic nihil facit ratio illorum aduersus nostram opinionem.

Ad Sextum cum dicis quod Rheubarbarū eo quod plus moretur in stomacho, maius ociū habēs plus aperiet.

Respondemus, quod iam solutum est argumentum, quòd scilicet (ut uerbis Conciliatoris utar) cum fortem habeat adstrictionem maiori sit futurum impedimento in apertione, semper magis astringendo, & occludendo poros præsertim angustos, et impediendo in eis et ingressum & regressum; Nam nescio quomodo imaginentur isti quòd Rheubarbarum constringat intestina, & cauitates maximas sua compressione manifesta, ac non etiam uenas, & arterias, & meatus alios tenuiores non astringat, leuis ergo est & ratio hæc

Ad Septimum de Euphorbio, & spica, quæ exhibentur in substantia non in infusione.

Respondendum, quòd cum Euphorbium sit ex his, quæ sunt calida in quarto, et habeat propter caliditatem,

et tenuitatem partium facillimam Euapurationem, si da retur in infusione nimium aperiret, ac nimium resolueret partes tenues. Hoc etiam patet apud Mesue, qui in capite de Scamoneo dicit, quòd non terendum, ne nimium exiccet, & penetret magis, sed in substantia ut possit ablui citius. Quare immineret periculum, quod superius ad notauimus ex Auicenna nimirum, quòd remanerent partes lapidosæ, & redditæ crassiores post nimiam re solutionem; substantia igitur exhibitum propter crassitiem, & partium soliditatem, non ita aperiens, & uires resoluens, atq; igitur ea ratione argumentum nullius est roboris. De spica. item primo negamus quod semper de tur in substantia imò damus etiam, & frequentius infusam, quando scilicet uolumus maiorem apertionem. Cæterum cum corroborare magis intendimus, damus ipsam in substantia ut omnes docti practici communiter utuntur, & sic cessat ratio eorum.

Ad Octauum et ultimum ubi habetur quod in membris principalibus melius damus in substantia quam in infusione, eo quod uix aliquis morbus sit, in quo non lædatur aliquod principale membrum, debemus ergo illud corroborare.

Respondemus, quòd non ea est ratio Auicennæ, & Medicorum quam isti imaginantur, quare stiptica admiscenda sunt cum istis medicinis ut diximus, sed ut om

nes

nes uolont Docti Medici, ut non relaxentur membra principalia, & dissoluantur eorum uires ab aperientibus, & relaxãtibus. Hæc igitur ratio potius contra Aduersarios est, quàm contra nos. Rheubarbarum igitur in substantia longè minus aperit propter suam intensam astrictionem quàm infusum illius. Cuius rei si quis uult clarißimè certior fieri, legat apud Mesue caput de infusione in Theoremate secundo libri primi de Canonibus uniuersalibus, ubi quam absurda falsa & periculosa isti scribant, dilucide declarantur. Atq; hæc sunt quæ quàm breuißimè potui super his duobus quæsitis afferre in præsentia libuit, nõ ut aliquem læderem, sed ut ea, quæ sentimus, & docemus, non penitius a ratione aliena esse ostenderem, & nos à calumnijs pro uiribus defenderemus longiori uerò sermone, & pluribus rationibus id ipsum in nostris publicis lectionibus aliâs declarauimus. Cæterum opinionem hanc nostram ita mordicus retinere non est animus quin illam deponere, & aliam meliorem induere simus parati, si qui aliquando sint, qui id nobis firmioribus rationibus persuadeant. Iterim iuuat nos à multiplici experientia, et communi Doctißimorum Medicorum usu non recedere.

FINIS.

EIVSDEM CAESARIS ODONI

Quæstio breuis an in quouis Humore euacuando expectanda sit concoctio.



VM maxima uersetur lis inter nostri temporis Medicos de exhibitione medicinarum in principijs morborum. Nam aliqui nullas uolunt admitti Medicinas purgantes, seu soluentes in principio, sed asseuerant in omnibus expectandam esse coctionem. Alij rursus in omnibus morborum principijs statim credunt utilem futuram medicinam purgantem, ut materiam minorem redant, nec desunt qui sint inter hos medij, Nam aliquando dandum pharmacum censent, aliquando omnino abstinendum: opere precium nobis uisum est fore, si horum rationes quàm breuissimè discutiamus, ut cui magis opinioni inherendum sit elicientes meliorem & tutiorem medendi modum sequi ualeamus.

Primo igitur uidendum est de Bile, de qua inter alios humores maior est lis, utrū si bilis, peccet, euacuāda sit, an eius expectanda coctio sit, & primo afferemus authoritates, & rationes quibus, probari potest expectandam coctionem esse. Secundo uerò proparte negatiua, multas etiam authoritates & rationes adducemus. Postremo declaratis non nullis suppositis, opinionem nostram aperiemus, & rationes in contrarium facientes pro ui

ribus

ribus dissoluere tentabimus.

Primo authoritas est Hippocratis qua manifestè ui detur probari in omnibus expectandam esse coctionem præterquam in materia turgenti, iuxta illud prima Aphor. uigesimo secundo, Cōcocta medicari &c. Ubi clarissimè uidetur iubere expectandam coctionem unicū tantū casum excipiendo nimirū in turgentia materiæ, quæ tamen rarissima est, ut plurimū ergo expectanda coctio.

Secunda authoritas est eiusdem Hipp. in prima Aphor. uigesimo quarto, In acutis paßionibus rarò, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum; ex qua authoritate apparet, quòd idem uelit, quod in prima uolebat, nimirum quod in sola turgentia materiæ debet dari pharmacum, atq; illud itē non semper, sed cum præmeditatione faciendum, hoc est quod conditiones oēs obseruētur quas requirit purgatio.

Tertia authoritas est in quarta Aphor. uigesimo se cundo in comento, ubi habet Galenus, quòd natura in principio non euacuat, sed post coctionem, nos autem de bemus imitari naturam nec euacuare prius quàm coctio facta sit.

Quarta authoritas in secundo de simptomatum cau sis. Si bilis retinetur propter obstructionem, attenuanda: Si uero propter craßitiem incidenda, ergo nullo pacto euacuanda, nam aliud est attenuare & incidere, aliud

est

est euacuare.

Quinta authoritas est Gal. quod primo de diff. febr. cap. quarto inquit quicquid corruptum est potest tempo ris spacio per coctionem ad benignum reduci, ergo si corruptum potest reduci ad benignum bilis etiam potest coqui, & reduci ad benignum ergo expectanda coctio eius ut ad benignum reducatur, priusquam euacuetur.

Sexta authoritas est item Gal. in arte medi. octuagesimo nono, qui dicit quod concoctio est alteratio quæ finit putredinem manente substantia, ergo coctio cõuenit bili etiã si corrupta esset, quia debemus alterare quousq; finiatur per coctionem putredo in bile.

Septima authoritas est, quod centies habemus tum ab Hippocrate, tum a Galeno primo pronosticorum com. ultimo & secundo Aphor. com. decimo septimo, et trigesimo septimo, quòd pus, excremẽta, urina, bilis, modò dicẽtur cocta modo cruda ergo necessum est, quòd coquãtur, expectanda ergo coctio, etiam in bili.

Octaua authoritas Alexan. Tralliani in primo suo libro cap. decimo septimo qui iubet adhiberi lauacra, infusiones, & cibaria humectantia, ad humorem biliosum concoquendum ergo bilis concoquenda.

Nona authoritas Aristotelis, qui quarto Metheorum cap. secundo inquit, quod coctionis finis alijs est ipsa natura, alijs alia quædam forma, ut in tuberculis pus, in

lachrymis

lachrymis sordes, ex qua sententia habetur quod aliud sit, quod coquatur praeter alimentum, & aliud sit finis coctionis quàm assimilatio.

Decimo adhuc idem firmatur etiam rationibus, quia si in febre pestilentiali Rasis et alij Doctores, non dant pharmacum ad soluendum humorem, maximè uenenosum & prauum, sed dimittunt opus naturae, ergo tanto minus licebit dari pharmacum pro bile, cùm non sit tantae prauitatis, nec de ea immineat tãtum ex mora periculum.

Undecimo si iubet Auicenna quarta primi cap. de Phlebotomia, & Gal. in libello de missione sanguinis cap. sexto, quod in missione sanguinis expectanda digestio quanto magis in dando pharmacum expectanda cum sanguis semper fere paratus sit ad sui euacuationem.

Duodecimo arguunt Omne pharmacum calefacit, quod habet uim atractiuam ut Gal. prima aphor. uigesimo quarto; ergo in humore calido, non est securum dare pharmacum nisi postquam refrigeratus est humor, hoc est post decimam quartam, ne calidum calido additum ut dicunt faciat furere.

Tertio decimo in principio si datur pharmacum cum humores nõ sint separati, periculum est ne cum malo attrabatur etiam bonum et sic fiat noxa maior aegro, nõ dandũ igitur aliquo pacto pharmacum in principio, sed expectandum quousq; natura secreuerit a bono malum & ad

expulsionem illud præparauerit.

Pluribus etiam alijs rationibus hæc opinio posset cõprobari, sed hæ modo mihi ualidiores uisæ sunt, iam ad oppositæ partis argumenta afferenda deueniamus & illa etiam per capita tantum attingamus ut breuitati quantum possumus studentes ueritatem paucis inueniamus.

In Oppositum sunt & Authoritates, & rationes hæ. Prima authoritas est Gal. in lib. de constitutione artis medi. cap. decimo nono, qui inquit quòd pituita acida, et dulcis alteranda per coctionem, serosa uerò pituita, & utræq; biles euacuandæ, ergo biles non concoquuntur.

Secunda Authoritas est eiusdem in secundo de naturalibus faculta. in fine ubi inquit, quòd natura non fecit proprium receptaculũ pituitæ propterea quòd sola esset coctionis capax, ergo cæteri non concoquntur humores.

Tertia Authoritas itẽ est in secundo de ratione uic. in acu. cap. trigesimo, cum inquit, quòd pituita coquitur, & in sanguinem facile conuertitur. utræq; uerò biles nequaquam coquũtur, quia amara ex superfluè cocto fit sanguine, atra uerò ex adusto, non ergo expectanda eius coctio, sed statim euacuanda.

Quarta Authoritas ab eodem Galeno est tertio, prognost. qui expressè hæc habet uerba, humores tenues, ut sæpe dictum est paratissimi sunt ad expulsionem, si er

go paratißimi sunt, quid expectandum amplius non concoquendi igitur sed euacuandi: bilem autem tenuem esse humorem, nemo est, qui neget igitur &c.

Quinta authoritas eiusdem Galeni in libello quos et quando purgare oportet idem apertißimis declarat uerbis, nimirum, quod atra bilis, & pituita, & frigidi humores sint coquendi, calidi uero nequaquam.

Sexta authoritas quarto de ratione uict. com. trigesimo ubi habet Gal. biles non concoquntur, quia si coquerentur conuerterentur in sanguinem non ergo in his expectanda est coctio, ex quibus uerbis duo habentur primum quod bilis non coquitur, secundum, quod coctio est uersio in sanguinem.

Septima est undecimo methodi cap. octauo ubi iubet Gal. id quod corruptum est prius euacuari debere quod reliqum est ad exactam simetriam reduci, sed cum super accensus est humor uel massa sanguinea in biliosum humorem, iam non potest ulteriorem coctionem recipere, ergo non expectanda coctio.

Octaua, Gal. dat pharmacum in primo, secundo, tertio, quarto die, in quarto de ratione uictus in acutis, ergo non uidetur sentire coctionem expectandam, quae in primis diebus non uidetur posse contingere ergo.

Nona Hippocrates secunda par. aphor. uigesimo nono & Gal. in com. iubet in principijs euacuandam ma

teriæ partem, ut scilicet natura reddita ualidior potentius agat in materiæ residuum ergo non debemus expectare.

Decima ratione probatur, quia si tu quæris bilem, reddere aptiorem ad euacuationem, non debes coquere illam quia coctio procedit incrassando quod autem crassum est ineptius est ad expulsionem igitur non debet coqui.

Undecima ratione id etiã probatur quia si quantitas cogit euacuare in principio, quanto magis & qualitas? quæ magis actiua est quam quantitas, primum patet ex Athletis, secundum patet, quia alteratio fit ratione qualitatum non quantitatum igitur &c.

Duodecima etiam ratione, si tu non euacuabis bilẽ in principio, ergo nunquam euacuabis, non enim in declinatione, quia ex se tunc natura facit, non in statu, quia in statu quietem habere oportet, non in augumento, quia est prope statum, ergo uel nullo modo, uel in principio.

Tertia decima ratio est quia, si in morbis frigidis: ut apoplexia et huiusemodi licet in principio uti pharmacis ualidis, cum tamen humores sint craßi, et minus pharmaco obsequiosi quanto magis biliosi, & tenues facilè parentes pharmacis, euacuabuntur, ergo &c.

Sed plures aliæ possent adduci ad hoc ipsum probandum rationes, uerum hæc in præsentia sufficiant. Iam

uerò

uerò ut huius quæsiti claram solutionem habeamus, considerandi nonnulla.

Primum est, quòd coctio non dicatur nisi de crudis ut manifestè declarat Gal. in libell., quos & quando purgare oportet. Nam quæ cocta sunt hoc est, quæ sanguinis caliditatem excesserunt, qui terminus est coctionis, coqui amplius non possunt, ut apparet manifestè ex argumentis secundo loco adductis, quod corroboratur etiam hoc ualidissimo fundamento Galeni in quarto de simp. med. sumpto à Platone in timeo, quòd sapores dulces dicuntur temperati & benè cocti qui si intendantur in caliditate fiunt uel salsi, uel amari, uel acuti, qui amplius (quoniam dulcescere non possunt) coqui nequeunt coquntur autem acerbi, acidi, et austeri, tantum. Atq; ut de saporibus dictum est, idem intelligendum in humoribus, qui citra sanguinem, qui dulcis est, coqui possunt, post uerò sanguinem nequaquam, nam amarescunt, & acrescunt, quibus coctio nùllo pacto conuenire potest.

Secundo considerandum, quòd coctio apud medicos & philosophos est tantum unius speciei hoc est respectu alimenti tantum, quòd si pus coctum uel urinam coctam, uel excrementa, uel biles aliquando dicimus non ratione ipsorum, idest quod ipsa coctionem recipere possint, sed ratione alimenti uel succi eis admixti, sanguinei, uel pituitosi in quem natura coquendo operata est assimilationem

nem

nem tentans pro nutrimento; quam si non est assequuta in substantia saltem in colore huiusmodi excrementa sibi assimilauit hinc dicimus modo in colore modo in substantia concoctam urinam, ut manifestè habetur ex Galeno in primo pronosticorum com. ultimo, & secunda aphor. decimo septimo, & trigesimo septimo.

Tertio adnotandum est, quòd adnotat Gal. in quarta par. aphor. uigesimo primo & secundo com. quod differt humor biliosus à bile, et humor melancolicus ab atra bile. Nam in humoribus sunt quædam humiditates seu succi; qui sunt reducibiles ad benignum hoc est ad sanguinem, et illæ facilè possunt coqui, licet humores sinceri, qui sunt supra sanguinem non concoquantur, Si qua ergo coctio humoribus conuenit, conueniet ratione istarum humiditatum uel succorum, quatenus sunt conuertibiles, & assimilabiles; hoc notandum potest manifestari ex eo quod semper in corpore nostro in massa sanguinea reperiuntur huiusmodi humiditates in humoribus, quæ benignitate caloris reducuntur ad benignum, & ad naturam sanguinis, ut poßint nutrire corpus quam si excedant iam non humiditates, sed mera excrementa appellanda sunt, ut probatum est. Hinc est quod doctores applicare non solent medicamenta concoquentia tumoribus præter naturam præterquam inflammationi, quoniam sola inflammatio admixtum habeat sanguinem, cæteri tumores quoniam

niam ex sincerioribus humoribus sunt (ut Hærisypelas oedema, et scyrrus) si ex sincerioribus humoribus sunt nõ concoquntur, sed discutiuntur, uel alio modo curantur.

Ultimo etiam considerandum, quòd in euacuatione humorum non solum attendenda est natura ipsorum, sed etiam locorum, per quæ debent euacuari facienda est præparatio, & propterea inquolibet humore èducendo sunt duæ conditiones perpetuò seruandæ. Prima ut uiæ sint apertæ, & non obstructæ. Secunda ut humor non sit crassus & uiscidus, hinc est, quòd tã frequenter Galenus iubet uti attenuantibus, & incidentibus, nimirum cum timet uel obstructionem uel humorum lẽtorem & craßitiem; quæ quidem conditiones si obstent etiam in ipsa materia turgente non licet euacuare nisi post sublatas obstructiones,

Ex quibus declaratis nostram sententiam explicemus per has positiones, quæ erunt numero quatuor.

Prima Bilis amara, Bilis usta, pituita serosa, & & salsa euacuadæ sunt nulla expectata concoctione.

Secunda in morbis pendentibus à pituita, uel ab atra bile frigidis non tentanda euacuatio nisi post concoctionem.

Tertia in nullis morbis tentanda euacuatio nisi uiæ sint reseratæ, & humores attenuati.

Quarta coctio est unius speciei apud medicos & philosophos

losophos.

Probatio autem harum conclusionum patet ex consideratis, ideo iam ad soluenda argumenta pro prima parte aducta accedamus.

Ad Primum cum tu dicis concocta medicari &c. Respondeo, quòd concocta medicari oportet, quæ concoquibilia sunt, & Aphorismus nihil habet contra nostras positiones, nam nos concedimus cruda non medicanda esse, sed coquenda, nam credimus nos coctionem non dici debere, nisi de quòquibili.

Ad secundum incipientibus morbis Raro, & in principio &c. Respõdeo, quòd ideo iubet Aphorismus quod raro incipiamus à medicamentis purgantibus, quia rarius id contingit, ex eo, quòd cum sint quatuor in nostro corpore humores, qui continue peccantes morbos pariant neq; sanguis purgandus medicamento est, sed per uenæ sectionem euacuandus si peccet, neq; pituita acida & dulcis, & crassa, neq; humor melancolicus, quia possunt coqui, neq; ipsa bilis semper, sed tantum cum uiæ sunt apertæ, & ipsa non lenta est, relinquitur, ergo quòd rarò debeat fieri euacuatio, idest cum cessant omnes hæ exceptiones, & hoc est, quod dixit cum præmeditatione faciendum, hoc est cum conditionibus obseruatis, non immerito ergo dicit Rarò.

Ad Tertium cum dicis, quòd natura non euacuat

in principio

in principio. Dico quòd non euacuat crudas, & crassas materias, sed expectat in his coctionem, eam ob causam Aphorismus loquitur de atra bile, quam nos concedimus non euacuari debere in principi, ocum tamen sæpe uideamus in principijs morborum biliosorum naturam excernere bilem modò per uomitum, modò per deiectiones nulla noxa in ægris remanente.

Ad quartum cum dicis si bilis retinetur propter obstructionem est expectanda quousq; apertio fiat.

Concedo antecedens, nego autem consequentiam, quia potest retineri bilis tenuis nulla obstructione etiam existente in poris.

Ad quintum Galeni primo de differ. feb. cap. quarto quicquid corrumptum est &c.

Respondeo, quòd dictio corruptum malè in græco uersa est, nam græcè habetur διαφθαρμένον, *quæ uox duo significat corruptum & uitiatum, nam non negamus nos, quod id quod corruptum est absolutè poßit aliquo pacto ad benignum reduci, sed dicimus, quod id quod mixtum est, & uitiatum, idest quod proximum est, ut corrumpatur, illud est, quod potest reduci ad benignum, ut exacte declarat Gal. in fine primi pronosticorum & decimo septimo, & trigesimo septimo secundæ par. aphor. & in arte medici. cap. octuagesimo nono, cum dicitur, quòd coctio finit putredinem manentis substantiæ idest*

prohibet substantiam uitiatam mox corrumpendam putrefieri dũ coquit natura, et assimilat sibi διαφθάρμενον, hoc est uitiatum corrumpendum, & sic reducitur ad benignum spatio temporis non corruptum, sed uitiatum.

Ad Sextum est eadem solutio, nam concoctio quæ est alteratio finiens putredinem intelligitur, quod finiat idest non per mittat id quod erat uitiatum aptum ad putrescendum amplius corrumpi, sed a coctione terminetur.

Ad Septimum Bilis Vrina. Pus & cætera dicuntur cocta. Huic dubitationi respondet longo sermone Gale. in secundo de ratione uict. quadragesimo quarto ubi docet, quod coctio propria dicatur de alimento, & aliquando generaliori uocabulo dicatur de huiuscemodi excrementis, non quidem ut ipsa coquantur, sed quia ex ipsis habeamus coctionis naturæ inditia, & cruditatis, quod etiam declarat Gale. in ultimis uerbis com. ultimi primi lib. pronosticorum. Cum ergo dicitur pus coctum album & æquale significatur ex albedine, & ex eo quod non male oleat, quod natura dealbauerit partes illas quæ erant concoquibiles non potuit tamen assequi ueram assimilationem substantiæ, In urina item sedimentum album indicat quod nutrimentum mixtum in massa sanguinis & elicitum per urinam, fuit à natura per coctionem alteratum in colore, licet in substãtia non potuerit exactè sibi assimilare hinc est, quod

in urinis

in urinis eorum qui sunt exactè sani paucæ apparent nebulæ, quoniam omnia ferè aßimilantur, & conuertuntur in substantiam nutriti.

Ad Octauum Tralliani, quòd humor biliosus coquendus.

Respondemus, quòd magna est differentia ut declaratum est in adnotandis inter humorem biliosum & bilem, & dicimus nos, quod bilis non est concoquenda, humor uero biliosus ratione admixtionis succi, & humiditatis, quæ ad naturam sanguinis facilè potest reduci, est concoquendus ratione cuius rectè applicat Trallianus lauacra &c.

Ad Nonum Aristotelis, qui dicit, quòd coctionis duplex est finis alius a natura alius à causa præter naturam.

Respondeo ex sententia Gale. & Aristotelis eiusdem, quod pura excrementa per se coctionem separatam non suscipiunt, aut per se euincuntur, sed indicant euictos iam esse intus humores, & propterea statim subiungit Aristot. Vrinæ alui sedimena, & excrementa sanitatis sunt inditia, & cocta ideo dicuntur, quòd à calore uinci significent.

Responde item de fine, quòd finis uerus, & unicus naturæ est aßimilatio. Sed quia aliquando in pure & alijs fluxionibus non sola natura agit sed etiam aliæ cau-

-sæ præter naturam, hinc est, quòd finis accidit compositus partim à natura assimilante partim à causa corrumpente.

Ad Decimum respondetur, quòd non est uerum simpliciter, quod in febre pestilentiali non euacuemus, sed est uerum ut in pluribus, nam ut in pluribus ab initio concidunt uires quæ prohibent euacuationes. Cæterum si in principio uires sint ualidæ, licet & sanguinem mittere, & Pharmachum exhibere, quod admixum habeat antidotum aliquam, quæ ueneno occurrat, ut est in communi usu apud optimos medicos, nam si euacuationes in principio dimittātur uix aliqui euadunt, ideo argumentum nullum erit istorum.

Ad Vndecimum de Phlobotomia inqua iubent expectandam coctionem facilis est responsio, ex Galeno dessumpta in libell. de missione cap. sexto ubi dicit, quòd etiam stante plenitudine non possumus mittere sanguinem neq; euacuare cum sunt obstructi meatus, quod nos non negamus, in aliis enim casibus falsum esset, quod dicit Auicenna de mittendo sanguine.


Ad Duodecimum de calefactione pharmaci, quod augeat febrem bifariam respondeo. Primo ut respondet Auerr. quòd possum ad miscere medicamenta frigida, quæ retundunt caliditatem Pharmaci. Vel tutius & melius dicò, quòd maius est iuuamentum ex Pharmaco

calido

calido quàm noxa quæ sequitur, quæ post euacuationem humoris praui facile remittetur.

Ad Tertium decimum, & ultimum, cum dicitur, quod cum malo euacuabitur bonus humor, si detur pharmacum in principio, quia mixtus est, cum bono prauus humor. Resp. quod bilis pro ut bilis est, semper est separata à natura; Præterea pharmacum quod bilem respicit, non ducit alium humorem nisi bilem, quod si supponis illam mixtam, iam responsum est, quod concoquenda ratione humoris, qui ad benignum reduci possit, propter ad mistionē sui ipsius, qui tantum coquitur non bilis. Atq; hæc mihi per capita, et quàm breuissimè dicta sint pro quæstionis huius declaratione, de qua longè Fusius in scolis aliàs sermonem habuimus.

F I N I S.



Ego Fra. Vincentius Spargianus Bononiensis Vicarius Reuerendi Inquisitoris concedo hunc Librum Imprimi.

